Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

559. Rerum Gestarum tempore Sigismundi I Reg. Pol. Commentarius Stanislai Karnkowski.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

RERUM GESTARUM TEMPORE SIGISMUNDI I. REG. POLONIE COMMENTARIUS STANISLAI KARNKOWSKI COD. MSS. BIBL. ODNOVIANAE ALEX. BATOWSKI.

Nr. 559.

XVIII

II. G. 47

Rerum Gestarum

Prudentissimi atq; Felicissimi Poloniæ Regis

Sigismundi Primi

Ex Commentariis Actionum Regiarum in Gratiam

Serenissimi Principis Domini Domini

Stephani Dei Gratia Regis

Poloniæ, Magni Ducis Lithuaniæ &c.

a Reverendissimo Domino Stanislao Sarnicovski

Episcopo Cuiaviensi Collectarum

Compendium.

ALEXANDER E BATOWSKI

BIBLIOTEKA FUNDACYI HR. BAWOROWSKIEGO

na karcie tytułowej Rękopismu z którego niniejszy odpis zrobiony nakreślił Hrabia Ossoliński własnoręką następujące słowa: „ad normam Codicis Bibliotheca Stanislai Augusti Dei Gratia Regis – procurante Josepho Maximiliano Comite de Tencyn Ossoliński A. D – MDCCLXXXI. ultimis Xbris. "

AB.

Ossol. w Dziele swoim: Wiad. his. krytyczne T. I. str. 502 czyni wzmiankę o niniejszym Rękopiśmie – Ob. mój Rękopis pod tyt: Spis Tomicianów znajdujących się w Bibliotece nar. Im Ossol. we Lwowie

Obacz także moje Rozpoznania rękopismów porozbiorczej biblioteki do Liczby CLXIX in folio. odnoś. d. 30 Grudnia 1841 r. –

1507 – 1511.

3.

Ex Tomo Actionum Regiarum Primo

Annos Domini 1507. 1508. 1509. 1510 et 1511 Continente.

Post decessum Alexandri Poloniæ Regis et Ducis Lithuaniæ, solliciti Ordines, ne in ea Principis vacatio, ne infensissimi Hostes, præsertim Valachi, vastandi Regni occasionem sumerent, Legatum ad Woiewodam Valachiæ fol. 5 mittunt, qui primum Regium obitum denunciaret, pacemq; cum eo habere velle primates Rñi modo eam ipse violare nolit, significaret. Deinde Woiewodam exempli majorum suorum commonefaciat, ut quales illi temporibus Interregni erga Ditiones Poloniæ se se profiterunt talem ille simili tempore se se præstare velit. ad extremum merita defuncti Regis erga ipsum Palatinum exhibita in memoriam reducat, petatq; ut memor ejus benevolentiæ sit. Damna illata resarciat, ac postea inferri non sinat. Responsum nullum hujus Legationis extat, ex consequentibus

BIBLIOTEKA FUNDACYI HR. BAWOROWSKIEGO

tamen facile apparet, nullum pondus apud eum Legationem habuisse. Etenim paulo post, graviter apud Vladislaum Ungariæ Regem Optimates Poloni per suos Legatos questi sunt, maxime incommodis, per inopinatas Walachorum incursiones Russiam affec-
fol. 6. tam esse. Petieruntq; ut in ea Principis orbitate Poloniam suo Patrocinio tueatur, Valachos contineat, aut saltim eos per Poloniæ milites ulcisci permittat, tunc enim Vladislai Ungariæ Regis authoritatem Valachus agnoscebat. Postea in Lithuaniam Legati designant qui funeri Regio præsentes adsint, quanquam paulo ante multum Polonicum Lithuanis de Regii corporis sepultura contenderint, cum hi Cracoviæ, illi Vilnæ, sepultum iri cupiunt, nec-
Alexander Rex Vilnæ sepultus. cessum tamen fuit a Polonis Vilnæ corpus sepeliri, maxime id metuentes ne Lithuani exacerbati, dum Cracoviæ funus procuraretur, interim sibi de Magno Duce providerent. Missi ergo fuerant Legati, qui Regio corpore sepulto, Procores Lithuaniæ admonerent, ne sibi Ducem absq; communibus Poloniæ votis,

tanquam communem futurum Principem, utrisq; de-
tionis eligerent: cum id maxime Pactis et Inscriptio-
nibus adversari necesse foret. Hæc sunt, quo ad finem
illius anni tractabantc.

Anno sequenti occasio suscipiendi Sigismundi pri-
mi ad Regni gubernacula Poloniæ continetur. Cum enim
Casimirus Jagiellone Stanislao natus, sex Filios haba- Fol 13.
isset, quorum primus Casimirus Juvenis immatura morte
prevenitur. Fridericus item Cardinalis archiepiscopus
Gnesnen: Episcopus Cracovien: erat, Deinde Vladislaus
Ungariæ Bochemiæq; Regnum consecutus fuerat. Quartus
Joannes Albertus Regni Poloniæ sceptrum tenuerat.
Quintus Alexander Lithuaniam administrabat, ad quem
postea Regnum Poloniæ delatum erat. Junior ex his
Sigismundus communi Fratrum stipe vivebat, quem
postea Vladislaus Ungariæ Rex bino Ducatu Glogo-
viensi et Opaviensi auxit, ac toti Silesiæ præfecit.
Solitus hic erat quot annis singulos Fratres accede- fol. 13.
re, cum vero anno Domini 1506. tempus opportunum
conspicatus, ad Alexandrum iter accingeret, in ipso

pere apparatu, nunciatur Regem Alexandrum admodum gravi morbo laborare, ita ut amplius vivere posse minime speraretur, eo igitur celerius pro sequitur iter, atq; Vilnam venit, ubi vivam quidem Regem prævenire non poterat, opportune tamen advenisse videbatur, etenim seditiones, factionesq; Lithuanorum de creando Magno Duce præsentiæ suæ authoritate disputet, atq; adeo cunctis placuerat ut recta post humatum corpus Regium, ab omnibus pro Magno Duce acciperetur ac pro vero legitimoq; Domino cognosceretur. Quod cum Primates Poloniæ resciviſsent: tunctos ordines ad comitia Petricoviæ celebranda cogunt, ubi aliquantum deliberati, concordibus votis Sigismundum in Regem Poloniæ creari consenserunt, mittunt Legati summam Imperii ad Sigismundum delaturi, ab eis Cracoviam honorifice deductus, Regio Diademate insignitur. Pri-

Fœdus Regis cu Tartaris — Vpominali Tatarshie najprzod w L. Lit.

usquam autem Lithuaniæ Sigismundus accessisset, Fœdus cum Tartaris Præcopensibus iniit ea conditione, ut hostem quemq; Regium prosequerentur. Stipendium autem illis 15 millium florenorum penderetur

Sed ad Coronationem est redeundum, in qua orta fuerat contentio inter Vladislaviensem et Posnaniensem Episcopos, qui eorum archiepiscopo Regem ungenti astare debeat, sed Rex utrisq; remotis, Cracovien: et Premislien: Episcopos Archiepiscopo adjunxit. Alia deinde suborta fuerat dissensio inter Wilorek Archiepiscopum Leopolien: et Joannem de Konary Episcopum Cracoviensi uter eorum dextrum latus Regium in deducendo ad Ecclesiam teneret quod Rex potius Episcopo Cracoviensi, tanquam eius Ecclesiæ Pastori concedendum existimavit. Eo igitur celebri absoluto actu, Rex cum Senatoribus Comitia instituerat, in quibus de multis abusibus de negligentia Justitiæ de Erario publico locupletando, de Bello pacq; parando deliberarunt, ac primum missi fuerant, ad Valachos Legati paciscendi fœderis causa contributio quoq; decreta pro incremento Erarii publici. Interim Basilius Moschus in Lithuania bellum exercere cepit, causam belli, minus digne tractatæ Sororis suæ Helenæ uxoris Alexandri Regis defuncti

præseferens: Ducem nulla difficultate Sigismundus Rex a finibus repreſsit maximoq; damno affecit. Hic poſtea redempta securitate a Conductis per Sigismundum Regem fide fragis Tartaris iterum Lithuaniam invasit, aliquot Castra obsedit, sed propter hyemis rigorem nihil lucratus, Domum redire coactus est. Rursus anno sequenti, magni diuturnique belli cum Moschis gerendi Michael Glińſki causam præbuerat, qui frustratus spe occupandæ Lithuaniæ tum quod iam Dominatus affectationis reus ad Sigismundum delatus esset, de fugo in Moschoviam meditari cæpit. Nuncium q; suum ad Basilium Moschoviæ Ducem cum literis misit quibus se ad eum confugere promiserat: si modo de provisione in Moschovia constaret: quam se illi Moschus daturum recepit.

Glińſki profugus.

Mox igitur Michael Glińſki, totam suppellectilem in Moschoviam transmittit, arces præsidiis communivit, quas Moscho per occasionem tradere debuerat, tum temporis Constantinus Dux e Moscho, vitica servitute redierat, qui etiamsi apud Moschum

non postremus haberet imo maximo honore prosequeba-
tur, pertesus tamen morum barbarorum nactus occa-
sionem in optatam Patriam profugit.

Anno Domini 1508 absente in Lithuania Rege Fol 22.
ac in Polonia Bona Regia oppignorata reditmento,
res Lithuaniæ turbari cœperunt per Michaelem
Gliński, qui arces confines Moschoviæ, quibus præ-
fectus erat hosti tradiderat, et quod antea occulte
noliebatur, aperte significavit animum ad occupan-
dam Lithuaniam adjiciens.

Verum Sigismundus præmisso celeriter Nicolao
Firlejo de Dąbrowicza molimina illa prævertit, ipse
postea cum Exercitu in Lithuaniam properat Micha- Polskim
elem Gliński cum auxiliariis ejus copiis insequi- Hetmanem Litt.
tur ac infugam convertit. Quo infortunio Moschus wzruszy
postquam misssis ad Regem Legatis Inducias bd. uskrania
li petiit, quas his conditionibus Sigismundus con- Moskwa
cessit. Primum ut arces Ducatus Lithuanici, quæ w prawo
in potestate Michaelis erant, reddorentur captivi prosi.
utrinq restituerentur et ea omnia quæ Moschum

prastari necessarium fuerat.

Fol. 28. Sub idem tempus tria millia Tartororum incursionem fecerant in Lithuaniam, qui fere omnes profligati erant.

Sequunt: deinde Litera Vladislai Regis Ungariæ quibus Sigismundum Regem a Bello Moschovitico retrahit, cui postea Sigismundus per litteras respondet, se non sponte, sed necessitate ductum cum Moscho bellum suscepisse.

Anno Dñmini 1509 Legati Ducis Moschorum Vilnam venerunt, fœdus recens initum per Sigismundum Juramento confirmari postulantes. In crastino vero istorum Legatorum conscii partionis Michaelis Glinski jussu Regis captivantur. Anno dedum 1511 ex vinculis dimittuntur. Postea Rex Vilna egressus, Conventum Regni Petricoviæ instituit, in quo Thelonea constituuntur. Legatus quoq, ad Germaniæ Duces mittitur qui cum illis de injuriis Poloniæ, per subditos eorum factis expostularet. Decretum etiam in eisdem comitiis fuit, ut

Rex Matrimonium contraheret, ac de successore cogitaret, iamq; id Sigismundo cogitanti, repentinu Valachicu in Podolia bellum, consilium illud turbavit. Sigismundus li, cet invitus, arma sumpsit, quorum tantummodo fama Bochdan exterritus, Exercitum subduxit, cum Palatinus Cracovien: insequitur, atq; hostilem Terram ingressus, longe lateq; vastavit, et præda onustum Exercitum reduxit. Atq; dum hæc aguntur, veniunt Leopolim Vladislai Regis Ungariæ Legati, Bellu hoc compositum, quod haud magna opera perfecerat. Wachus on: fractus insigni clade, pacem tubens amplexus est.

Eodem anno Basilius Moschus Civitatem Regiam Pleskow dolo malo capit, Tum etiam Regnum Bosnæ terræ motu concutiebatur. Pskow zo: wie kiro: lowski Fol: 34.

Eodem anno Legatus quoq; Regius a confinibus regressus germaniæ Ducibus responsa detulit hujus modi: Omnes Germaniæ Principes concordiam et benevolentiam Regis optare, neq; occasionem offendendi præbere velle, et ad institiam subditis Regiis præstandam paratissimos esse. Sigismundus tunc per literas cu Fol: 37.

12. 1509.

Vladislao egit de sopiendo in Valachia motu, qui ta„
ile ad afficiendam Podoliam concitati ferebantur.

Porro cum jam aperte se se Valachus Inimicum
declarassot, Sigismundus Rex Legatos ad Vladislaum
et Optimates Ungariæ mittit, qui præsidium contra
Fol. 44. Valachum postularet.

Fol. 45 Huic tale responsu erat datum: Serenissimum
Regem cum omnibus Regni sui Senatoribus huic diffi„
cultati mitioribus consiliis obviam ire velle, Legatos q„
mittere, qui primum Woiewodam, ut a proposito dis„
sedat, admonerent, quod si abstinere nollet, tum demum
omnibus copiis Regi Poloniæ contra Valachum adjutu„
rum. Mittuntur ergo a Vladislao Ungariæ Rege Le„
gati, Woiewodam a bello revocaturi. Hic potius pe„
riculis, quæ illo denunciabantur, quam authoritate
Regis Ungariæ deterritus, a bello inferendo abstinu„
it, Exercitumq„ reduxit, ac denuo pacem cum Polonie
Regibus pacisciture.

Cum autem Sigismundus a Finibus Podoliæ re„
verteretur allatæ sunt illi a Summo Pontifice Littere

quibus aliquot Civitates Italiæ per Venetos captas, iterum recuperatas significavit, ac ut se cæteris Christianis Principibus, in confœderationem contra Turcam adjungeret, postulavit; sed hujus Legationis Deliberatio in conventum proximum dilata fuit.

Anno Domini 1510. ad diem Purificationis B. V. M. indictus fuit conventus Generalis in oppido Piotrkoiu, in quo primum Legato Apostolico responsum erat Serenissimum Poloniæ Regem cum Turca Fœdus iniisse pratera multum negotii cum aliis Ecclesiæ Romanæ hostibus habere, nihilominus ea aliquos progressus Expeditionis Regia Majestas videret curaturam, quo non postremus inter alios Principes Christianos in adjuvando S. Pontifice iudicatur. Fol. 55. Rex Sigismund: fœdus cum Turco recusat frustra ad id ea ad portante summo P. Julio II. Nicolaio bpo pierwszym a. n. ostatnim.

Ex legatione absoluta Ruthenicum intervenerat negotium, quod ejusmodi erat: Mortuo Joanne de Tisen Magistro Crucigerorum, qui omnia subditi officia Joanni Fol 56

Alberto Regi Poloniæ præstabat, in ejus locum Fride-
ricus Frater Ducis Saxoniæ per Joannem Albertum
suffectus erat qui licet caintentione Magistratum susce-
pisset, ut homagium Regi Poloniæ præstandam pollic-
caretur, quam primum tamen in Prussiam divertisset,
urgente rebelli populo, mutavit animum, neq; agnoscere
voluit subjectionem, modisq; omnibus apud S. Pontificem
et Serenissimum Cæsarem Maximilianum Germaniæq;
Principes, de Consilio hujus homagii evadendi laboravit.
Cæsar igitur Maximilianus, sub finem anni præcedon-
tis, missis ad Sigismundum Poloniæ Regem Legatis pe-
tiit, ut res Ruthenica per Legatos Summi Pontificis, suos
et Vladislai Ungariæ Regis componerentur, assensit Pia-
ceps Sigismundus, convenere Legati Sanctissimi Pontificis Serenis: Cæsa-
ris Maximiliani et Vladislai Ungariæ Regis, quorum
in præsentia negotium Ruthenica Posnaniæ agebatur.
Porro Nuncii Ruthenorum non modo justa n concedere

sed iniqua postulare non sunt veriti. Primo ut Provinciis Pomeranie Prussieq, quibus hactenus Regos prefuerant, Sigismundus renunciaret cederetq, deinde ut ab homagio Magistor Pruthenicus immunis esset. – Fol. 57.

Ut superiorem nominem preter Romanum Cesarem agnosceret, et ad bellicas expeditiones Regni Polonie, non teneretur ut nullus Polonorum ad gubernacula Magistratui Pruthonici susciperetur, et quibus omnibus articulis hic postremus tantu a Legatis Polonie concessus erat, reliquos tam jure belli, quam jure scripto, et naturali concedi non posse dixerunt. Ad extremum instantibus Legatis Seremissimi Cesaris, ut saltem ad decenium Homagii juz jurandum diferatur, a Deputatis Rnī Polonie responsum erat, salvis juribus et privilegiis nullo modo fieri dilationem posse. Ita infectis rebus, discessum erat. Fridericus autem, no homagium prestare nec esse habere in Patrium solum caessit, ubi fatis

Fol. 58. jubentibus, ettronum porsolvit debitu.

za Dunoy. ka krolow. na Kalszka nie chce za Legniu. riego Zyg. dovyna przy. zwolita

Paulo post Legatus Regis Danorum ad Sigismundu venit, Elisabetham Regi nulam, sororem Sigismundi in matrimoniu Regi suo poscens, sod cum Elisabetha illum habere conjugem recusarot, infecto negotio, Legatus dimittitur.

Eod. anno a Vladislao Ungaria Bohemioq, Regе, Legatus cum Nuncio Valachorum Wojewode ad Regem Sigismundum venit qui de expeditione contra Turcam faciendа certioros fieri cupiebant, responsum nullum hujus legationis ponitur.

A Basilio quoq, Legatus venit, qui de injuriis illatis querebatur. A Tartaris vero fuerant, qui fo. dus antiqum cum Regno Poloniæ renovarunt. –

A Baiseto Turcarum Imperatore, Legatus accu rerat, accipiendi a Sigismundo Juramenti causa,

Fol. 58. pro servandis unius anni induciis.

Hoc etiam anno Summus Pontifex Iulius se- Fol: 59.
cundus propter extruendam B. Petri Basilicam
gratiam Iubilæi in Poloniam miserat pecuniarum Iulius II Pontifex M. Templu apostolorum celebre inc. hoat.
præsidium, pro ædificanda Basilica postulans, cujus
quidem pecuniæ duæ partes Regi Sigismundo, pro
depellendo hoste, tertia vero summo Pontifici cede-
re debuerat.

Præscriptum Fœderis inter Sigismundum Regem Fol: 61.
Poloniæ et Bohdanu Wojewodum Valachiæ ponitur.
Primu autem erat ut omnis præda facta per Woje-
wodum restituatur. Deinde, ut Turcarum adventum,
si aliquis imminoret, Regi Poloniæ significaret.
Sigismundus vero eidem se obligavit, contra quem
illius hostem opem laturum.

Legatio a Sigismundo primo ad Vladislaum
Ungariæ Regem mittitur, qua in primis idem S.
Pontifici de expeditione in Turcam Regiam Maiesta-
tem respondisse quod Serenissimus Vladislaus
Rex responderit. Significatu erat, deinde consili- Fol: 64.
um exposcebatur, num ulteriores inducias sibi Rozmyśla się, mali mieć

z Turkiem przymierze. cum Turcarum Imperatore sint pacisconde cum jam primaru tempus expirabat.

Responsum hujus legationis expressum non ponitur, ex literis tamen Tomicii ad Sigismundum Regem, apparet

Fol: 72. Ungariæ Regem et Senatum hoc consilium accesse ut Rex omnia pro commodo Regni faceret indutiasq; eas cum necessitas id persuadeat, in longius protrahut.

Instructio deinde Petro Tomicio in Ungariam de negotio pacis cum Valacho coram Vladislao tractan,

Fol: 79. do mittitur. Item alia Andreæ Zakrzewski ad Cæsarem Turcarum pro dimissione captivorum datur. Quoniam vero Bohdan Wojewoda Valachiæ multum apud S. Pontifi. cem quæstus erat de Sigismundo Rege Polonia, quod si,

Wołoszyn chciał być szwagrem bi Elisabetham Sororem suam jam pridem por Alexan, drum in matrimonium promissam dare noluerit, atq; summus Pontifex summo zelo id videbatur prosequi Brevesq; suum eidem super hoc negotio concessisset.

Fol 86 Legatum ad Sedem Apostolicam Sigismundus mittit, qui primum causas matrimonii dirempti edisseret. Præcipua vero fuit, quod fidem datam Polonis Valachus

non servaret. Deinde ut expostularet de Iuramento Magistri Prathonoru, ut secundum Decretum Apostolicum debitum Iuramentum Regi Poloniæ faceret. Privatim autem Legato jussum erat, tractari de impetranda confirmatione Statuti Alexandri, quo cavebatur, ne Plebei ad Cathedrales Ecclesias recipiantur.

Ponitur breve Summi Pontificis, quo ab homagio Regi Poloniæ præstando Magister Cruciferorum arimebatur, de cujus abrogatione Sigismundus per Cardinalem Protectorem Rñi apud Summum Pontificem egit, proponens incommoda, quæ inde oritura essent. Interim Tartari per Campos Podoliam vastaturi discurrere ferebantur, quorum ne subita et inopinata incursio multum detrimenti adferat, Capitaneum Camenecensem Sigismundus Rex providere jussit. fol: 92. fol: 109.

Valachiæ quoq; Wojewodam ejusd: periculi admonet, mutuamq; operam in propulsando hostis impetu necessariam esse præscribit. fol: iii. Paulo post Conventus fol: 126. Particulares instituuntur, in quibus Generalis Congressus Regni Cracovia pro Festo 3 Regum publicatur.

Litere ad Consiliarios mittuntur, quibus illis erat significatum Legatos ab Imperatore Precopensi venisse, ac nomine Principis eorum a Rege postulasse, ratione perpetui fœderis conservandi, ac hostem quemq; a finibus Rñi propellendi 15000 florenorum, pro cujus firmiore et arctiore necessitate Filium suum in obsidem daturus erat.

fol. 153 Ad initium anni 1511 Comitia Generalia Regni Petricovia celebrata fuerunt, in quibus contributio pro defensione Regni decreta fuerat. Officina quoq; monetaria interdicta erat. Vocante Ducatu Prussiæ, tumultus inter plebem de creando Duce suboritur. Quidem eorum, nullum e numero Principum Ducem eligendum censebant, donec Major pars vicerat, ut Albertus Filius Friderici, Marchionis Brandeburgensis, nepos Sigismundi Regis eligeretur. Cui pro impetrando consensu ad Sigismundum Regem, a Friderico Patre ipsius et Ungaria Rege Legati venerunt, quibus responsum erat, Sacram Regiam Majestatem ita cum ad Ducatum admittere velle, si prius homagium eidem

et Regno debitum prastiterit. fol 158.

Per id tempus Vladislav Vratislavia manente, Vratislavienses Cives largitione multa apud Regem Ungaria obtinuerunt emporium et depositorum omnium mercium, quod quam primum Sigismundus resciuisset per totum Regnum interdicere jussit, ne quis quam commercium cum Vratislaviensibus habeat, cum igitur Poloni, aliquot annis a Moribus abstinuerint, ad maximam invidiam Vratislavienses devenere, atq; postea tanquam perniciosum depositorium abrogatum, negociandiq; ultro citroq; potestas concessa erat. Wrocławianie bez naszych handlow zubożeli.

Russia et Podolia eo anno ab Incursionibus hostium erat tuta, ea causa, quod Cæsar Tauricanus cum Rege Sigismundo Fœdus innovaturum in animo habebat, et paulo post etiam Legatos in hoc negotio misit, per quos filios suos in obsidem se daturum promittebat. Si modo Rex Sigismundus stipendium sibi 15 millium florenorum concedere ne graveretur. Cujus media pars ex Lithuania, media

e Polonia conferri debuerat, quem admodum et confede-
rebatur, atq; cid: solvebatur, quanquam ille mentita
pecunia fidem n servavit, obsides non misit, fa-
dus violavit. Peracta vero publici Conventus delibe-
ratione Legatus ad Commendatores Prussiæ mittitur
qui eosdem nomine Sacræ Regiæ Majestatis admo-
neret, ne inscia eadem Ducem sibi eligerent.

Item alia fuerat Legatio decreta ad annam Du-
cem Masoviæ ut pro publico præsidio in Dition.
fol 187 bus suis contributionem exigere concedat.

Ad Bohdanum Wojewodam Sigismundus lite-
ras mittit, quibus hoc ab eo petiit, ut Tartaro
Poloniam urgenti copiis suis resisteret, Provinci-
fol 192. aq; diœcesatæ ejem aliquam ferret; idem se factu-
rum ei, si periculi aliquod grave impenderet pro-
mitteñdo.

Ad Vladislaum ibidem Ungariæ Regem Le-
gatus mittitur, qui ab eo consilium poscoret, de dia
tumitate temporis induciarum cum Turcarum Im-
peratore pariscendarum. Mala quoq; Terris Valachiæ

ingruentia a Tartaris significaret. Postea ut ad confines Ruthenis et Valachis terminos agnoscendos, Legatos suos mitteret. Postremo illud, ne ab Ungaris vicinis Terris Polonia damna inferantur, illataq; sarciantur admoneret. Cujus quidem Legationis Tomicius tale responsum retulit; Vladislaum Regem Ungariæ ad primum fol 202
respondisse placere sibi, ut in longius induciæ cum Turcis paciscantur, nec crebra Legatorum ea de re transcursio de dignitate aliquid Regni detrahat, Valacho quoq; se opem laturum velle, si primum de modo auxilii ferendi ad comitia Regni sui retulisset. Ad ultimum vero oratores suos, ad confines differentias, primo quoq; tempore designaturam ejus Majestatem.

Sub eo tempore missum erat Legatus ad Duces Silesiæ, qui numerosum Tartarorum exercitum finibus imminere Polonis nunciaret cujus potentiæ viribus Polonæ resistere nō possent, et proinde nimirum Regiæ Majestatis et Rēi auxilium ab eis peteret, siquidem clades ista eos tunquum confines Regno afflictura esset. fol: 205. et 207.

Ad Georgium quoq; Ducem Saxonie Legatus jus-
su Sigismundi Regis proficiscitur, qui cum con-
fol. 220 spirationis cujusdam cum Mosco nomine Regio
comperisset, idq; ex eo quod littere nomine ipsius
scripte ad Michaelem Glinski in finibus Rñi es-
sent intercepte, quibus ad frangendum fœdus Mo-
schum invitabat.

Paulo post, Legatus ad Vladislaum Ungarie
et Bohemie Regem mittitur qui consilium Rñi. de
induciis ad duodecim annos cum Turca prorogandis, ape-
riret, si vero idem sibi Majestas ipsius faciendum
existimaverit, admoneat quo utriusq; Rñi
oratores pro ejusmodi negotio transigendo profi-
iscantur. Deinde vero, ut pericula exponat quo
Valachie imminere perhibantur, a Turcarum Impe-
ratore qui Filiam Taurice sibi in Matrimonium
copulasset et cum Taurica conspirasset in perni-
ciem Valachoricam. Ad extremum literas pacis
perpetue Ungaris a Rege Procuribusq; Polonie
deferret, quas tamen ex responso recipere noluisse

tanquam minus sufficientes et suspectos, optima-
tes Vngariæ constat.

Eod: anno a Prussia veniunt Legati, qui in primis crimine fovendorum prædonum, ad Regem delatos purgabant, deinde ut Rex ad perficiendum negotium, quod illis cum Regno intercedebat, aliquos ex Senatoribus Regni mittere potebant, quod facile apud Regiam Majestatem impetra-
rent, qui Archiepiscopum et alios Senatores, Iu- fol: 276.
dices deputaverat, quorum in præsentia, cum de Prædonum fovendorum suspicione, tum aliorum ne-
gotiorum causæ transiri debuerunt.

Ad finem anni hujus missi fuerunt Legati fol: 287.
a Regni Polonia Senatoribus, ad Optimates Li-
thuaniæ, qui eos nomine et authoritate Regni totius admonerent, de unioni Inscriptionibus Pactisq; servandis. Quod si existimarent revi-
denda ea Pacta seu Monimenta e gremio suo aliquos eligant, qui de illis jam pridem consti-
tutis agnoscant, et aliquid certi pronuncient,

1507 — 1511.

occernonteq, qua domum ratione foro, ut omnibus difficillimis temporibus, robur et consilium Po. tonu prosto adfuturum illis essct; pacoq, opta. ta fruerctur.

Ex Tomo Actionum Regiarum Secundo Annos Domini videlicet 1,512 et 1,513 continente.

Annus Domini 1,512. Nuptiis Serenissimi Principis Sigismundi Regis Polonie celebris fuit, qui tum suasu atq; consilio Regis Ungarie Fratris germani Barbaram ex Ungaria Filiam Stephani de Zapolie, Domini in Trenczyn, Comitis perpetui fol. 2.
scopusien Regni Ungarie Palatini in matrimonium suscepit. Sperans ideo Ungaros sibi amicatores fore. Offerebat quoq; sibi a Maximiliano Imperatore, Virgo quædam Italica in conjugium, verum gratiæ sunt illi astæ, aliudq; Matrimonium Regem jam contraxisse responsum. Ut autem celebrior actus nuptiarum esset, Comitia Cracovie indicuntur. Legati quoq; in Ungariam missi, qui sponsalia vigore Mandati in Troucinio conficerent, et sponsam in Regnu adducerent, cui sit in occursum Regia Majestas, magno cum commitatu fol. 3.

utrinsq; socius Principum ad Villam Lobzow ubi cum
advenerat, est consultata, et in Regium scholium accepta
Barbara Regina coronatur. utq; una cum Rege Urbem ingressa. Octava Februa-
rii coronata, multis praesentibus Exterorum Princi-
pum Nunciis.

Post festas hasce nuptias, fortuna latis misce,
re fluit tristitia. Tartari siquidem primo anni ejus
Fol. 4. vere in Russiam et Podoliam irruperant, qui ta-
men sua perfidia et Foederis violati paenas dederant,
hac deinde clade accepta, cum Regia Mitte pacisen-
tur, ut autem major illis adhibeatur fides, Dialdi-
num Caesaris Tauricani Nepotem pro obside Vilnam
deferunt, ubi aviter a febre laborans, non multo
post obijt, cum quo simul et fides Tartarorum fracta.
Tempore nuptiarum intervenit Staphileus Orator
Summi Pontificis, qui hortaretur Sigismundum
Poloniae Regem ad communem contra Turcam expedi-
Fol. 20. tionem, cujus potissimum causa Concilium Lateranen-
se indictum fuit, ubi de ea expeditione Principes
ipsi Christiani consulturi erant, quo uti etiam Sigismun-

dovenitet petierat. Hic item Staphileus tempore coronati, fol: 23.
onis orationem habuit perelegantem, de nobilitate et pra,
stantia Matrimonii. Cui ad legationem responsum erat,
Regiam Majestatem Sedis Apostolicæ fuisse et esse observan,
tissimam, nihilq; prætermittere velle quod a re illius fu,
erit. Societatem quoq; bello contra communem hostem fol: 27.
cum cæteris Principibus optare, Legatos etiam suos ad
Concilium Laterancnse libenter missuram esse.

In Conventu Cracoviensi, tempore Nuptiarum, nihil fol: 45.
de Reipublica defensione propter absentiam Nuptio,
rum quarundem terrarum constituitur, omnia ad futu,
rum Conventum in Kolo celebrandum, differuntur. fol: 46.
Hinc igitur Majestas Regia Nuncios suos ad Con,
ventum particulares dimittit, qui a Tartaris et Se,
limbego Turcarum Imperatoris filio in campis ja,
cente, pericula exponant, simulq; admoneant, ut qua
ratione impetus hostiles sint reprimendi, inter se
consulant. Interim advenerant Legati Lithuanorum,
postulantes certa Simbola Polonis cum Lithuanis
fieri communia: itaq; responsum illis erat Senatores

30.

Rñi ad eos Articulos sive postulata consentire ñ pos-
fol: 51. se, nisi prius Unio ex integro constituta esset, quo
ut maturius fiat certos Senatores ex Lithuania, qui
absolutam perficiendæ Unionis potestatem haberent,
ad Conventum in Kolo celebrandum mittant. Episcopo
quoq; Pomesaniensi, qui a Magistro Crucifororu Legati-
fol: 54. one obibat a Regia Majestate responderut in eum
sensum, Regiam Majestatem præfato Magistro supe-
rioritatem in Prussia adimere velle et ejus vice
provisionem justam concedere, jubereq; Casimirum
Frem Ducis advenire Cracoviam pro Festo Joannis
Baptistæ, cum quo de provisione Ducis constituat.
fol: 55. Dum hæc aguntur Imperator Turcarum simul
cum Tartaris Wojewodam Valachiæ infestis armis
opprimere tentat, quæ res dum non mediocre incom-
odum Regno videbatur allatura, Rex Tomicium prope-
re ad Vladislaum Ungariæ Regem destinat qui
imprimis Regio ñne afflictæ valetudini Vladislai
Regis ejusdem condoleret. Deinde quo modo Wojewoda
ut nempe interessis ut vis a terra Zdaczoviensi versus Castr. Chust via ex-truereturc (Nowa zpis. Kr. Opo linskiego dopis.)
lucendus sit, consuleret: tum etiam ut liberum

ac tutum iter Marcatoribus Polonis per Vngariam es-
set, postularet, ad extremum ut Inuolis Russia dam-
na resanciant admoneat.

Secretior autem pars legationis fuit, in qua pri- fol 62.
mum excusabatur Regia Majestas, quòd nuptias ad
postulationem suæ fraternæ Majestatis non protra-
xerit. Verbirem autem facit de perfidia quorundam
Vngariæ Procerum, qui Regni simul et Filiorum Sere-
nitatis ipsius Imperatorem Christianum in Tutorem
et Administratorem constituere molirentur, eandem-
Regiam Majestatem petere cogitaret, ut vivus ipse
curam Rñi et liberorum Cæsari committeret, quòd ut
periculosum sit exponitur. Ad extremum, ut locus
et tempus mutui congressus designaretur, petit. —

Hanc legationem Rex Vngariæ libentissime au- fol 65.
divit, pericula utriq; Regno impendentia se videre
dixit paratos quoq; suos ad omnem necessitatem
habere.

De Wojewoda Valachiæ curam sibi cõ deligen-
tem. Legatos ad confinia pro componendis et

sartiendis injuriis subditoru mittere velle, mercatoribus quoq; viam ibra jacturam et incommodu Subditorum et Fisci sui Regii pätore polliceatur.

fol. 68. Ad secretiorem vero Legationem sic respondetur. Maturiores quam optabat Regia Majestas nuptias cgui bonig; consulere do Regni et liberorum cujusam committenda cura, nunquam cogitasse, mutuum autem congressum optare et eum necessarium eo.

fol. 78. Undecima Aprilis galli cu Hispanis et Exercitu Pontificis ad Ravenam Bellum decertarunt, Galli victores, Paulo post irruperunt Tartarorum viginti millia ad vastandas Volchynensem et Podolia Terras quo audito Regia Majestas, illico Mercenarium Militem conscribere tertium partem nobilitatis arma sumere, et ad tuendos fines nature progredi jubet. Dñs. et Stanislao Lanczkorunski, nec longior fit mora in expediendo Nicolao a Kamieniecz Campiductore Generali et Stanislao a Chodecz Mareschalco Rñi, qui Deo adjuvante fossicates pugnarunt, hostem de profligarunt, suis salvis omnibus, v. admodum

Victoria de Turcis.

paucis amissis Domum redierunt. Cujus pugnæ descriptio latius in libro depingitur.

Sub idem tempus moritur Lucas Episcopus Varmiensis Capitulum autem morte ipsius Regiæ Majestati non declarata, Fabianum quendam Doctorem, ex gremio sui in Episcopum eligunt, quod Regia Majestas egerrime tulit atq; cupiens eam Electionem irritam esse per literas apud Sedem Apostolicam agit, ut nisi is qui Regium consensum super electione Episcopi Varmiensis habeat, Episcopus confirmaretur. Oratores vero ad præfatum Capitulu mittuntur, qui mortem nuper defuncti Episcopi nomine suæ Regiæ Majestatis condolerent. Deinde nimis præcipitantem et inconsultam electionem Episcopi, ab ipso Capitulo Regiam Majestatem renuere dicerot, tanquam eam quæ in contemptum suum facta esset, cum antea nusquam Electio inscia Regia Ille celebraret.

Ad eam Legationem a Capitulo satis abunde et copiose responsum erat. Rex deinde ab illis

placatus, facile super electionem ipsorum annuit, et electum Summo Pontifici per literas commendavit.

Respondetur Lithuanis a Regia Mtte et Consi, fol. 130. liorüs Rñi super articulos, ab ipsis propositos, vi, delicet: Nepotem Cesaris Tauricani honorifice servandu esse, et sumptibus utriusq; Dominii alendam, ita ut uno anno in Polonia, altero in Lithuania maneret: Pecunia hyeme Tartaris pro Festo Natalis Christi mittenda, ne de pignoribus sibi promissis aliquo modo dubitarent.

Demandatur Legatio Georgio Czapski ad Wo, jewodam Valachie, in qua Wojewoda incusabatur, eo quod opem Regi contra Tartaros, prout prescriptum confederationis mutua postulabat, non tulisset, simulq; hortabatur, ne post hac in simili necessitate negligentior esse videretur, tum ut exploratoribus et mercatoribus Rñi per suas ditiones tutum atq; liberu iter concedat. —

Interim Scythe memores ingentis sue cladis, indignabundi collecta manu occasionem secundam

pro ulaiscenda suorum clade præstolari finibusq;
imminere certo rumore ferebantur.

In ea rerum perturbatione Episcopo et totus Ordo fol: 138.
Ecclesiasticus Lonczycie Synodum celebrat, ad quam
Regia Majestas Stanislaum Pilecki mittit, qui
Clerum admoneret de reponenda 40000 floren pecu-
nia pro eximenda Sambor Regia Majestati ab eis
in Conventu Petricoviensi promissa, tum etiam
significaret Majestatem Regiam Conventum Petri-
coviæ pro Festo Simonis Judæ celebrare constitu-
isse, idq; ob difficiles Reipublicæ necessitates, proin-
de Oratores jam ad Conventus particulares mittere
velle, qui expositis periculis, sententiam Equestris
Ordinis explorent, num ad communem expeditionem
& contributionem magis propendeant. Pericula
vero a Tartaris prope diem Regni fines invasu-
ris denunciabantur, publici Thesauri exhausti.
Oratores Tridentum mittendi cum Imperatore Turca-
rum nullæ induciæ parîtæ hæc et alia multa ne-
cessaria Rempublicam desiderare dictum erat. —

Lonczycia Synodus pro-
vincialis ce-
lebratur.

36.

Venit Nuncius a Magistro Prussiæ, quæsiturus ubi, nam et quando Principem suum ad componendas et sopiendas de juramento ratione Prussiæ Ducatus controversias venire opporteret, simul petens aliquod Regium Diploma, quo tutius et liberius iter per Dominia Majestatis Regiæ facere posset: quod quidem facili negotio impetravit, nam et de tempore fit certior, et locus assignatur, salvus etiam conductus benigne conceditur.

Imperator Turcarum Selimus

Dum hæc fiunt, eoc adfertur Nuncium de morte Turcarum Imperatoris cujus in locum Filius ipsius Selimsach, confestim successit, ad cum itaq; designatur Legatus qui illius Imperio nomine Regiæ Majestatis congratularetur, et ad mutuam amicitiam servanda excitaret.

Missio in Turciam Legato; Rex ipse cum Conjuge sua Ungaru Petricoviam Comitia celebraturus proficiscitur, ubi etiam paucis interjectis diebus. ad-

fol: 163.

fol: 166. venerat Casimirus Marchio Brandeburgen cum oratoribus aliquot Principum Germaniæ, ad

tractandum et absolvendum negotium Fratris sui Magi, stri Prussiæ.

Anni Dñmini 1513 memorabilia

Sub finem anni superioris indictus fuit Conventus Regni generalis Petricoviæ pro Festo S. Simonis et Judæ v S. Martini Episcopi in quo Theloneum novum a Cera, melle, piscibus, constituitur.

Venerunt ad eum Conventum Legati Ducum Masoviæ, petentes a Rege Terram Visnensem sibi in possessionem hæreditariam dari, quæ tandem pro duodecem millibus florenorum donec viverent concessa eis fuit. fol. 174.

In eodem Conventu Casimirus Marchio Brandeburgensis egit cum Rege atq; Senatu; de nonnullis articulis Magistro Prussiæ oblatis moderandis, super quo negotio aliquot diebus deliberatur, atq; deinceps constituitur et perficitur certis subconditionibus. Prima fuit ut Magister Ordinis Regi homagium præstaret. Polonorum nemo ad Ordinem reciperetur. Magistro Prussiæ, aliqua Podoliæ Provincia assignaretur, ut hostes Crucis Christi bello prosequatur

quo insuper millia florenorum proquovis anno ratione stipendii numerentur, quibus conditionibus a Polonis impositis, Legati Ordinis Theutonici assensorunt quæ tum postea inita fuere, nam Dux mutavit animum, et ea quæ se pactum rumpere noluit.

Interim Conventus de Regni defensione tumultuantur, dum Rex pecunia publicam exactionem, nobilitas rursus generalem expeditionem urget.

Solvitur Conventus, nulla constituta Regni defensione Rex Posnaniam proficiscitur, unde per Siteras Albertum Marchionem hortatus est ad homagium præstandum, minis etiam nisi præstiterit adjunctis. Magister vero qui rebellionem instigante Maximiliano Cæsare moliebatur promissis n̄ stetit, ipse uti debuerat non venit sed Jobum Episcopum Pomeranien. misit, per quem nihil ad propositum agens, auxilia Regi contra Moscha offert, in summa multis ac perplexis et iis sub prætextu plausibili n̄ paru noxiis ambagibus Regem in expectatione tantis per tenere volebat, donec sibi aliqua congrua occasio homagii

evadendi, oblata fuerit, prout revera paulo post, nisi quod minus feliciter accidit. Nam eodem anno Cæsar Maximilianus cū Moscho Poloniæ confœderato, contra Regem Poloniæ conspirat, quo autem facilius rerum in Polonia potiretur, Magistru Prussiæ ab obedientia Regi faciendæ solvit fol: 232 non tamen istud successit, ñ Moschus victus turpiter, quievit. Fol: 177. Maximilianus ab homagio Ducem libe. rat.

Eod: anno Ducatus Zatoriens ad Regna ē delapsus Jure feudali, cum Dux interfectus erat a Myszkowski Vasallo suo. Ducatu: Zatoriens: ad Rnu jure feu. dali devenit

Legatus mittitur ad Vladislaum Ungariæ Regem qui persuaderet communes pro utroq, Regno Ungariæ et Poloniæ inducias longe duraturas cū Turcarum Imperatore suscipiendus Wojewoda Valachiæ in hoc fœdus adjuncto. Communis enim Christianorum Principum expeditis, non minus interim dubia, quam difficilis ēe videbatur. fol: 315.

Intorca venit Legatus a Duce Prussiæ, purgans eundem a suspicione, de eo per Majestatem Regiam concepta, quod nimirum tantis per juramentum distulerit, fol: 350.

asserens non licere sibi contra voluntatem Summi Pontificis ex quo totus propendeat, et Cæsareæ Majestatis, cujus obedientiam agnoscat quisquam agere, quicquam interdicta de Juramento præstando Regiæ Majestati exhibet. Cui quidem Legato dictum erat, Majestatem Regiam ad eam legationem inconsulto Senatu respondere non posse, cujusquam primum Sententiam exploraverit per nuncium suum Regiam Majestatem respondere velle, mirari tamen eundem Majestatem Regiam, quod Illustrissimus Marchio adeo sit obstinatus, ut potius ex levium et factiosorum hominum Suggestionibus deperendere, quam justa ac honesta compositioni acquiescere maluerit.

Cum Majestas Regia cognovisset Cæsarem Maximilianum Ordini in Prussia, obedientiam Regi Poloniæ faciendam interdixisse; mittit ad eum Legatum, qui primum de expeditione universali Christianorum Principum contra Turcam faciendam consulat, deinde si eam suscipiendam approbaverit, petat, ut sibi aliqua præsidia apud Summum Pontificem pro

apparatu bellico impetret. Ad extremum expostulet, ne
deinceps Casarea Majestas sibi Jurisdictionem Terra-
rum Prussia usurpet. –

Scripserat enim paulo ante Casarea Majestas Si- fol: 353.
gismundo Regi, multum se dolere, quod inter ejus Ma-
jestatem et Magistru Prussia subditum suum si-
multates intercesserint, easque componere sec
um difficilis sit causa, ideo ad concilium La-
teranense, quod brevi futurum erat, causam
seu controversiam eam ad decidendum Patribus pro-
ponendam suadet, ut quod illi decreverint, perpetuo
firmum et ratum habeatur.

Ex Tomo Actionum Regiarum Tertio. Annos Domini 1514 et 1515 continente.

Rex Sigismundus dum in Lithuania commoraretur Magistrum Prussiæ de homagio sibi prestando sollicitabat ac ut conditionibus per Casimirum ejus Fratrem constitutis staret. Respondit absq; assensu Italicorum et germanicorum Magistrorum minime sibi id licere. Laboratum itaq; fuit per ipsum Magistrum, cum apud summum Pontificem, tum apud Maximilianum Imperatorem, Principesq; Germaniæ ut ab illis auxilia ferantur Cruciferis contra Polonos, et ut Pontifex abrogato fœdere et perpetua pace Decretum faceret, quo Regem omni Jure Prussiæ privaret. Sed tamen omnia inania tum fuere, nam defendente Joanne Laski archiepiscopo Gnesnen. Legato Regio responsum est a Summo Pontifice Procuratoribus Magistri Prussiæ, quam Reges Poloniæ absent, fuerintq; in possessione homagii Prussiæ, non licere Sigismundum Regem Poloniæ possessione hujus mod

spoliari. Cæsar Maximilianus aliis bellis occupatus, hoc anno suppetias fore Cruciferis nō potuit. Moschum tamen, inita cum eo societate contra Regem excitavit. Principes Germaniæ, totaq; nobilitas memores cladium suarum in campis Polonorum, denicq; stipendii ac sumptuum magnitudinem considerantes, a bello Polonis inferendo se continuerunt. Rex autem hoc anno bello Moschovitico incumbens, res Prutthenicas in silentio habuit. fol. 4.

Moschus stimulante perfuga, Michaele Glińsky, fidens ejus industriæ, et Lithuanorum cum ipso Michaele conjuratorum defectioni ad se fidens, numero suorum ac Cæsaris et Cruciferorum Prussiæ et Livoniæ auxiliis, fœdus ac jusjurandum suum paulo ante ictum cum Rege violavit, et bellum adversus Regem versus est. Primum itaq; aggressus est arcem Smolensko oppugnare, quam cum diu obsideret, nec tandem expugnare posset, præsidiis eam strenue defendentibus, ab obsidione ejus recessit, et circumagens huc illuc Exercitum, obvia quæq; igne ac

spoliis vastabat, ad obsidionem iterum reversus est, sed cum multos ex suis, ad quamlibet impressionem amitteret, nec tanto conatui successus responderet, pro dubium anxijtemq, deliberationem, obsidionem, ite, rum solvere statuit. Verum Michael Glińsky ex hac cum sententia deduxit, spemq, potiunda arcis ostendit, ea tamen conditione, ut arcem et Præfectu ram illam Smolenscensem ei adscriberet, libens ad hoc Moschus consentit, fidemq, illi suam litoris ac jure jurando obligavit. Michael proditionem arcis tentare apud Præfectos cœpit, magnis suasionibus, majoribus promissis, persuasi Præfecti et pecunia corrupti arcem hosti et so una tradiderunt.

Smolensko Rex se Mo. schis dedit.

Fol: 5.

Rex Sigismundus post captam a Moscho Smolen, scensem arcem, Vilna cum instructo Exercitu, qui non amplius, si non ex triginta Millibus Equitum, peditum vero tribus constabat, adversus Moschum alacriter profectus est, postea volentibus consilia, riis, victoriam ac felicitatem Exercitui suo procu, tus ad Boryszów rediit, ad corporis sui custodiam

quatuor hominum millia relinquit. Exercitus autem Deo sibi per confessionis et Eucharistiæ Sacramento, reconciliato a Rege profectus: Castris postea ad Flavium Borisenam pervenientes, Exercitum suum sub castra Regia admoverunt, qui, hoc die universali pugna abstinuerunt, particularibus tamen certaminibus tentata fortuna, bis cæsi sunt. Altero die generali prælio congressi sunt, in quo cæsi fuerunt Moschi, ut ex octuaginta millibus pauci admodum evaserint. Clades Moschovitarum gravis. Fol: 8.

Cæsar Tartarorum stipendio Regis ad societatem belli Moschovitici conductus, quum accepisset Moschos cæsos, ipse demum Moschoviam ingressus, prædatus est, et dadem dade cumulavit. fol: 9.

Michael Glińsky ad Regem atq; Patriam redire cogitabat, hocq; suū propositum cuidam cui multum fidebat, concrediderat, sed ille arcanum illud Moscho patefecit. Quapropter Michael Glińsky jussu Ducis Moschorum, per Capitaneos Exercitus intra castra captus est, primum in Smolensco, deinde

in Wiesmam deportatus, ibiq; in catenis et compedibus sub custodia servabatur, de quo liberando e vinculis Helena uxor Ducis Moschorum summe elaborabat. Cæsar etiam Maximilianus per literas agit, nihil tamen effecit. Postea post longam deliberationem, vinculis solutus, libertati restitutus est. Mortuo deinde Basilio, Michailquum Viduam illam Neptem suam, quod stupris se dedisset, ac in Tres Mariti sui defuncti nimium sæviret, verbis ac dehortationibus corripuerit proditionis ab ea insimulatus, captus iterum est et in carcere mortuus.

Glinski in carceribus morit.

Fol 12

Conventus hoc anno indictus fuit Petricoviæ pro Dominica Lætare, cujus Conventus celebrandi hæ causæ erant. Prima ut consilium iniretur, ne Valachus per Turciam de suo Dominio ejiciatur eoq; ejecto, ne so Turica Regno vicinum faciat: Secunda quomodo Magister Prussia ad homagium prestandum cogendus sit. Tertia utrum bellum cum Moscho prosequendum sit, an pax constituenda

In hoc itaq; Conventu, decretum erat, ut bellum Mo-
schoviticũ continuaretur, ad quod gerendu Contributio Fol: 18.
generalis decreta fuerat.

Legatus a Sigismundo primo Rege Polonie ad
Selymu Cæsarem Turcarum Georgius Krupski Castel-
lanus et Capitaneus Belzensis missus ut inter
Regem et Selymum Turcarum Imperatorem induci-
as conservandæ amicitiæ constitueret. Qui constitu-
tis inducijs triennalibus redijt. Eidem Georgio Krupski
Castellano Belzensi demandatum fuit, ut iter faci- Fol: 25.
ens ad Turcarum Imperatorem descenderet ad Joan-
nem Bohdanum Palatinum Valachiæ, hæq; no-
mine Regis ei nunciaret, Regiam Mtem de suis
adversis successibus nimium dolere, maximaq;
curæ ei ẽe, ut res suæ in meliorem et tutiorem
statum reducantur, et ideo Conventus generalis Pe-
tricoviæ institutus est, ut ejus rebus prosequen-
dis, et conservandis consulatur. Raphael de Leszno
Capitaneus Szluchoviensis ad Maximilianum Im- Fol: 29.
peratorem Legatus missus, cui hoc mandatum erat

ut Cæsaream Majestatem rogaret, velit Magistro Prussiæ mandare, ut sibi debitum, quod a Terris Prussiæ
Fol: 62. tenetur prastet.

Regio Logato non potuit per se dare responsum Imperatori rebus bellicis occupatus, sed Consiliarii ita responderunt nomine Cæsaris, primum quantum attinet Magistrum Prussiæ et ordines ipsius, Cæsarea Majestas ñ bene informata est per Magistrum de hoc controversia et actione, quæ inter Regem et Magistrum vertitur, ñ potest etiam aliquid certi respondere, vult tamen super ea per scripta requirere præfatum Magistru et plenius informari ab eodem, et tandem quod ab ipso Magistro cognoverit vult id ipsum Regi per scripta innotescere. Ultimo rogare jubet Regiam Majestatem, ut arma Austriæ, inter sua arma Paterna deferre desinat, quum ñ ex Stemmate Paterno et Materno ad se pertineant,

rodzaiu Rakuszanie chcieli z koro bom swoim Fol: 63. cum etiam ñ sit consvetum Principibus armis Maternis uti, sed duntaxat Paternis.

Joannes Taszycki Legatus a Nobilitate Terræ

Cracovien̄sis post Conventum Petricovien̄ ad Regem Vilnam missus, cum accusatione, quod Decretis Conventus contravenerunt. fol. 65.

In Comitiis Petricovien̄ deputati erant Commissarii Abraham Lbązki Castellanus Bidgostien̄. Nicolaus de Rosdrażow Castellanus Praemensis, et Nicolaus Spławski Judex Calisiensis ut videlicet accepta intelligentia cum Praefecto Glogoviensi et cum Commissariis Regis Ungariae, ad loca opportuna convenirent, id̄q̄ de injuriis inter subditos Regni et Ducatus Silesiae, modo meliori et consilio discutiant justitiam cuilibet faciendo. fol 87.

In Conventu Petricoviensi Terra Cracovien̄ propter absentiam Regis decreta illius Conventus suscipere noluit ut ergo et ipsi decreta illius Conventus approbarent. Conventus pro eis in oppido Woynic indictus erat, ad quem Legatus missus fuit Joannes Karnkowski Secretarius Regius. fol. 95.

Synodus Provincialis Posnaniae ab Episcopo Loci jussu Regis Sigismundi instituitus erat ut

de subsidiis Reipublica ab Ecclesiasticis Ordinibus ferendis consultaretur, Legatus missus fuit ad hanc Synodum Stanislaus Laszowski Succamerarius
fol. 102. Posnanien.

Legatio a Vladislao Rege Ungariæ ad Maximilianum Imperatorem rogat, ut inter Serenissimum Regem Poloniæ et Ducem Moschoviæ et Magistrum Prussiæ differentias tolli et pacem constituere curet deinde admonet, ut facta unione Christianorum Expeditionem contra infideles
fol. 116. suscipiat.

Responsum a Cæsare Maximiliano ad Legationem Vladislai Ungariæ Regis. Primo quantum attinet ad differentias inter Regem Poloniæ et Magistrum Prussiæ Cæsareæ Majestati hoc videtur, ut Serenissimus Poloniæ Rex et Magister Prussiæ compromittant super omnibus eorum differentiis in Summum Pontificem, Cæsaream Mtem et Vladislaum Regem Ungariæ, et quid quid ab eis determinatum et decretum fuerit ab utraq; parte

integre et inviolabiter observetur, et adimpleatur: Quod autem ad pacem universalem et expeditionem contra infideles faciendam attinet; Casarea Majestas promittit se omnem industriam et studium adhibituram, ut ad pacem universalem et expeditionem contra infidelis suscipi, et convenire possit. fol: 120.

Legatio a Sigismundo Rege ad Vladislaum Regem Ungariæ, per Virlejum Filium Palatini Sandomirien in qua de victoria, quam de Moscho sumpsit, certiorem Regem facit, mittens ei per eundem Legatum Moschos captivos fol: 158

Post victoriam de Moschis sumptam, exercitus Regius ad arces recuperandas se convertit, arcemq; Mscislaw cum omnibus aliis castris præter Smolensko recuperavit. fol: 161.

Post captam arcem Smolensko a Moscho, Legatus missus fuit a Sigismundo Rege ad Vladislaum Regem Ungariæ, Christophorus Szydłowiecki Castellanus Sandomirien Vice Cancellarius Rñi, per quem certiorem fecerat Rex Vladislaum, quomodo

perfidus Moschus fœdus ac jusjurandum, cum Rege
icta violaverit et quam magna damna hostiliter irrum-
pens Regno intulerit potuit itaq; Rex, ut sibi in hoc
periculo consilium praberet.

Responsum a Vladislao Rege Ungariæ per Chri-
stophoru Szydłowiecki Sigismundo Regi, primum con-
gratulatur Regi de tam celebri et insigni victoria
ex hostibus, deinde dicit se misisse Oratorem ad Im-
peratorem, ut inter Regem Poloniæ et Ducem Mosche,
via pacem et concordiam constitueret, ad quam le-
gationem sic respondit Imperator Vladislao, se
Festum Purificationis proximum constituisse cele-
brandis Comitiis Viennæ, ad quæ visum est Imperato-
ri Reges Ungariæ et Poloniæ ut venirent, ubi omnia
pro honore imprimis Dei, ac tandem gloria earundem
Majestatum, Regnorum subditorumq; suorum tutela
et quiete, maxime vero de differentiis et bellis cum
Duce Moschovia et Prussia habitis componeretur
et concluderetur. Potuit itaq; Vladislaus Rex Sigismun-
do Fratrem, ut ad hanc dictam diem consentiret,

ad eam, pluribus avibus veniret. Adquam et ipse se venturum premittit.

Anni Domini 1515 memorabilia.

Cæsar Maximilianus credens se habere Jus quod dam vetustum ad Regnum Hungaria post Friderican Imperatorem Romanum et post Mathiam Regem Hungaria sterilitter defunctum crebro egit cum Vladislao Hungaria et Bohemiæ Rege, Regis Sigismundi Fratre, ut hos ipsum Jus affinitate munus inter liberos ipsius Regis Vladislai et inter Nepotes Maximiliani firmaretur. Condita quidem res erat, sed non perfecta. Cum Imperator Sigismundum Fratrem Vladislai, injusto odio, et alienis subordinatis bellis prosequebatur. Post aliquam tandem intermissionem Maximilianus misit Oratores ad Vladislaum qui de Matrimonio liberorum rem certo tandem fine concluderent quod Vladislaus absq Sigismundi Regis Polonie assensu se facturu negabat. Maximilianus ex usu sibi ratus, Sigismundum revocari statuit, quæ res agi capta est in Curia Vladislai Regis per Cuspinianum,

Rakuska stara praw. tyka zmyślona Moskwą na krola polskiego.

urbis Viennensis Praefectum, Maximiliani Oratorem, et ita ei Vladislao res erat constituta, ut Rex Sigismundus ad menium Quadragesimæ conveniret Posonii cum Cæsare.

fol. 208. Rex Sigismundus, post cæsos magna strage Moschos a Lithuania ad Congressum Regum iter suum accelerant cum Regina Barbara, quinta Februarii Cracoviam venit, ubi generali Conventu habito, iter ad congressum Regum (Senatu Regni approbante) parare cepit, quamvis non deessent nonnulli, qui hoc inter detestarentur. Rex autem Sigismundus magno animo iter susceptit cum comitatu suorum non parvo. Egressus itaq; est Cracovia die quinta Martii, cui obviam venerunt Georgius Episcopus quinq; Ecclesiensis, et Georgius Marchio Brandeburgensis, qui Posonium Regem 24. Martii deduxerunt, cui produt obviam Vladislaus Rex cum Ludovico Filio, qui cum piis lachrymis præ gaudio atq; amore manentibus humanissime cum exceperunt.

Senatu approbante Congressus Regum. —

fol 209. Die 29 Martii venit Posonium Matheus Sancti Angeli Cardinalis Gurcens: Legatus a Cæsare, una cum

ibus Consiliarüs, eadem etiam die Thomas S. Martini in montibus Cardinalis Archiepiscopus Strigoniensis Patriarcha Constantinopolitanus Apostolicæ Sedis de latere Legatus Posonium venit, per quos de commodis Regnorum Ungariæ, Poloniæ, Bohemiæ, deq; his tuendis et conservandis, de Principum gratia reconciliandâ, de unione affinitate et fœdere tractatum fuit, et confectis datisq; hinc inde pactis et affinitatis conditionibus Gurcen. Cardinalis ad Cæsarem Laurentium Zamrer. Viæ Ducem Austriæ, Augustum usq; cum tractatis et conditis negotiis misit, ipse vero Gurcen. Viennam abiit Imperator, Cognitis iis quæ Posonii constituta erant iterum Gurcensem Posoniæ ire jubet, ut res capto finem sortiri possint, qui ubi venit Matrimonia inter annam Virginem Filiam Vladislai, et inter Ferdinandum nepotem Maximiliani conclusum fuit. Cardinalis Gurcen. videns omnia sibi ex animi sententia apud Reges cedere, mox Posonio ad Cæsarem Augustum profectus, consilio et suasione sua Cæsarem ad congressum cum Regibus excitavit. — fol. 210.

56.

Dat sig prosic o viechanie z Królmi.

Regis mora Cæsaris et longa expectatione tedio sa ac mo. lesta cum esset, negotia enim domestica, et bellica actiones, eos ad Regna sua revocabant, miserunt itaq; primum Balbum Italum, postea Bretislaw Swichowski Bohemum Nicolaw Zakiel Ungarum, et Comitem de Wisznice Polonum rogatum Cæsarem ut ad Reges, qui magno ejus videndi desiderio tenerentur, et finem negotiis imponi cuperent, omissis quibusvis negotiis adventum suum acceleraret Imperator per eosd. Nuncios, literis amanter scriptis, Regibus respondit, se post paucos dies ad eos venturum locumq; congressui in campo maximo inter Brugum et Hamburgum Oppida designavit.

fol. 211

Cæsaris cum Regibus congressus a. lebris. — Cæsar 15 Julii Vienna cum magno apparatu di. gressus postridie cum Regibus convenit. Quem Ludovicus primo uti Dominum salutavit, inde Anna Reginula successit postea Vladislaus verba ad Cæsarem fecit, postremo Sigismundum Regem Cæsar humanissime excepit. Absolutis gratulationibus mutuis, Cæsar Reges Viennam per Cardinalem

Gurcensem hortatur, qua de re cu diu deliberatum foret, conclusum tandem fuit ut Vionnam irent. Postridie itaq; profecti sunt, ubi cum ad arcem venissent, dato silentio, Cæsar ad Reges Orationem latinam dixit, primo adventus sui tardioris noces. sariam moram excusavit. Deinde ea quæ ad com. munem pacem, ac ad futuram affinitatem visa sunt, necessaria exposuit, postremo ad Bellicam expeditionem in Turcas hortatus est. fol. 212.

Purgatio contra criminationem Ducis Mosche, via de fœdere violato coram Cæsare. fol. 241.

Hæc itaq; in hoc congressu Regum cum Cæ. sare acta et transacta fuerunt, primum recon. ciliata gratia inter eos, odia ac simultates, animorumq; offensiones depositæ et perpetua obli. vione deletæ, fœdus perpetuu initum Matrimonia altorna seu reciproca inter liberos Regum et af. finitas contracta fœdus ea Mosche n ita pri. dem initum per Cæsarem revocandum, Magister et ordo Cruciferorum in Prussia ut Sigismundo

Duæ in con. gressu Re. gum celebri acta.

Regi et Regno Polonie homagium intra certum tem-
pus prestet, per Cesarem inducendum, aut abeo dese-
fol: 214. rendus, hostes unius omnia communes fore.

Rebus ita constitutis, Cesar et Regos ad Templum
prodierunt ubi Imperator, Annam Reginulam Vla-
dislai Filiam prose, aut pro uno a Nepotibus in
Matrimonium accepit, Mariam vicissim Reginu-
fol: 215. lam Philippi Filiam, Ludovico Regis Vladislai
Filio desponsavit.

Rex Sigismundus contractis his Matrimoniis
cum Cesare in Novam Civitem profectus, ubi tri-
bus diebus jucunde absumptis, ad Regnum suum
reversus est, et ad 19 Augusti Cracoviam venit. Ad
pacem et concordiam faciendam inter Imperatorem,
Venetos et Gallos, Legati a Vladislao et Sigismundo
fol: 215. Regibus designati fuere. Verum cum propter exhau-
stum Thesaurum Pannonicu, Legati Ungarici ad
sumptus itineris ñ providerentur, soli Dontaxat
Regis Sigismundi Oratores Mathias Drzewiecki,
Episcopus Vladislavien, Raphael Leszczyński Capcus

Siluchoviensis, et Joannes Dantiscus Secretarius ad Ve-
netos missi fuerunt, sed renuentibus Venetis, ac ci-
tum Cæsariani Gallicig, belli spectantibus Legati Po-
loni, rebus infectis, ad Cæsarem inde in Poloniam re-
versi fuere. fol: 215.

Cæsar Precopiensis hoc Anno in gratiam Regis
Sigismundi absentis, numerosissimo Exercitu Tartaro-
rum Moschoviam depopulatus, nonnisi quatuordecem
milliaribus a Moskwa Oppido reversus est ad sa-
xaginta millia hominu inde abduxit. Tartarorum in Moscho. via corrup. tio. Fol: 216.

Prima die Julii cum Sigismundus Rex adhuc
esset Posonii Serenissima Barbara Regina Poloniæ
Secundam Filiam anna nomine Cracovie peperit,
quam Rex, Domu reversus et ipso puerperio, ñ
bene salvam invenit, et morbo sic invalescente
secunda octobris extincta est. Barbara Regina mo. ritur. – Fol: 217.

Elisabetha Reginata Sovor Sigismundi Regis,
in Matrimonium data est Friderico Duci Legni-
censi. Fol: 218.

Joannes Laski archiepiscopus Gnesnen, Roma

60.

a Concilio Lateranensi in Poloniam rodüt impe-
trato illic sibi, a Sede Apostolica Legatione nata,
fol: 218. in sua Provincia Gnesnen. perpetuo duratura.

Legatio a Sigismundo Rege Polonie ad Conven-
tum Grundecensem per Raphaelem de Leszno ca-
pitaneum Szluchoviensem in qua legatione tria
continent, primo conqueritr Rex de Magistro Prus-
sie, quod non solum se a prestando homagio
subtrahit, sid etia varios modos excogitat, ñ
satis professionem suam decentes, quibus fa-
dere disrumpat. Deinde admonet, ut designa-
rent Consiliarios, qui ad generalem Conventum
Cracoviam tempestive venirent et cum aliis Con-
siliariis Rñi de his que Terras Prussie spectant,
consulerent. Tertio ut Juramentu fidelitatis
in presentia Fabiani Episcopi Varmien, et Pala-
tini Inno Vladislavien Sacre Mtis Regie et Rño
Fol: 243. prestarent.

25 Augusti Nuncii Cesaris Tartarorū ad Re-
gem venerunt, qui dixerunt se missos a Cesare

nunciatum Regio Mtti, senem Cæsarem defunctum esse, et Juvenem sedere in solio Paterno et velle tenere ea Pacta cum Rege et fœdera, fol. 267.
quæ Pater tenuisset.

62. 1516. 1517. 1518

Ex Tomo Actionum Regiarum Quarto Annos Domini 1516 1517 1518 continente.

Circa finem anni 1515 Sigismundus Primus Rex Polonie sepulta Uxore sua Barbara Cracovia discessit in Lithuaniam veniens, Exercitum stipendio persoluto a statione dimisit, tum quod Moschi fatigati, et crebris cladibus attriti, quieturi dicebantur, tum quod nonnulla spes pacis cum Moscho Cæsare Maximiliano operante, esse videretur. fol: 25.

Interea vero, dum Rex Vilno moratur, quotidie afferuntur Litere a Cæsare Maximiliano ad Regem, quibus illum certiorem facit de secundis suis rebus Italicis contra Venetos et Gallos; Insuper consolatur Regem in eo luctu, quem ex obitu Regine Barbare uxoris sue contraxerat, rogatq; ut postposito luctu secundum iniret Matrimonium. fol. 22.

Orator Cæsaris Maximiliani Balthasar

ñne, qui dum in Moschovia intor, ex itinere Vilnam ad Regem Sigismundum descendit, cui conditiones pacis, inter ipsum et Basilium Monhovie Ducem tradon. da aperuit. Ex hic unam Rex ñ acceptabat, ut vide. licet Consiliarios in pacis causa ad Barbarum mit. tere deberet, quod id cum dignitate Regia ñ foret. Re. diens ex Moschovia idem Orator Cæsaris nihil certi de pace Regi Sigismundo attulerat. Venit paulo post alter Nuncius Cæsaris Panthaleon ex Moschovia is nihil etiam aliud retulerat, nisi quod præter spem omnium Moschus ad conditiones pacis a Cæsare obla. tus consentire noluit. Significavit etiam se nullum responsum a Mosche ad suam Legationem accepisse nisi quod ejus Legati, una cum eo ad Cæsarem profi. ciscantur, sed quid illis demandatum fuerit, se prorsus ignorare respondit, sed hæc latius in Tomicianis lite. ris ad Procores Poloniæ missis, conspicientur. Fol 50. b. 4.

Sigismundus Rex Panthaleoni a se discendenti, Literas ad Cæsarem dedit, in quibus illi primum

gratias egit, quòd tantam curam et deligentiam in negotiis illus apud Moschum susceperit. Deinde ut eum cortiorem faceret, quid illi novi Moschorum
Fol: 55. Ducis Legati attulerint, rogat.

Eod: Anno Fœdera renovata sunt, inter Regem Sigismundu et Christiernum Dania Regem, pacq; perpetua, et indissolubilis inter eos facta fuit, ea ratione, ut subditi Rñi utriusq; habeant liberam facultatem inter se mutuo mercimonia exercendi, ipsiq; pradicti Reges in rebus congruis juxta convenientiam, et opportunitatem omni favore auxilio et assistentia mutua se juvare debent.
Fol: 54.

Rex Sigismundus cum ad Bellum contra Moschum se accingeret Cæsarem Tauricanum in auxilium sibi ascivit, donativo et muneribus per ejus Legatos, qui suo nomine fœdus priscum, quid inter se et Cæsaris prem ictum erat innovaverunt, missis ut arma secum in hostem sumerent. Sed fraudulen-
Prædia Tartarorum tus Barbarus, similes etiam Tractatus cum Moscho, donativo alio accepto ab eo fecerat ut

et Poloniam et Lithuaniam bello infestaret. Quare li-
cet dubius esset Rex de fide Barbari, tamen n credebat
eum, cum magno exercitu in sua Dominia invasu-
rum esse, preter furtivas prædatorum excursiones, ad
quas coercendas satis provisum esse credebat stipen-
diarii milite, qui conscriptus erat in finibus Russiæ.

Tartarorum igens numerus Terras Russiæ et Podo- vastatio
lia longe latag de populari sunt, et prædam ma- Podoliæ et
ximam hominum atq pecudum abegerunt, sed de his Russiæ
satis copiosa Literæ Regis et Tomicii testant. Fol. 63. 64. 65.
66.

Interea dum Tartari grassantur in Ditionibus Re-
gis, Moschus Witepskum arcem obsedit, civitatem
Incolis et Civibus desolatam incendit. Tamq Rex
et Proceres Lithuani de arce desperaverant, cum
ob paucitatem hominum ad ejus defensionem, tum
ob inopiam comeatus et defectum pulveris bombar- Inportuna
dici, sed Deus ignavis et desperatis hominibus tu- arcis Wi-
lit opem, Tauricanus enim Cæsar cum 40000. Fi- tepsk sa-
lium suum Bohatir Sultanum in Moschoviam lus.
misit, quam ferro et igni late longeq vastavit

hac calamitate Moschovio Dux adactus Exercitum a
fol: 69. Witepsko revocavit.

Moschovia devastata, Cæsar Tauricanus Nuncios suos Vilna ad Regem misit, significans se multa dolere, quod Filii ejus sine vicinitia et jussu suo Incursiones in Ditiones Regias fecissent, quodq; in gratificationem Regis grandem Exercitum cu Bohatir Sultano Filio suo in Moschoviam miserit, quam ferro et igni longe lateq; vastavit, volens adhuc majorem exercitum mittere, si modo sibi sit cognita Regis voluntas, atq; pro majoris jadoris certitudine, Filium suum pro obside cum Nunciis Regiis, qui tum temporis apud eu erant se missurum promisit, quod quidem et ipsi Nuncii Regis affirmabant literis suis, significabantq; maximam famam in Taurica horda, quo compulsi coguntur ipsi Tartari, stativa sua versus Regiones Poloones proferre, sed de his Epistola Regis ad Consiliarios
fol: 68. os Rñi copiosius loquitur.

Rex de periculis quæ imminere a Tartaris significa-

tantur

bantur, Stanislaum Sanczkurunski Capitaneum Camenecen et Joannem Inowrowski certiores fiat, praterea Terras Cracovien Sandom Lublin ac earum Palatinos missis Rectium literis in armis paratos ee et ad Castra contra Tartaros convenire jubet, extant Epistolæ ad eos scriptæ. Mense Decembri Tartari quadrifariam di- fol 70.
viso agmine, prædatum in Podoliam excurrerunt.

In Prussia motus.

Magister Prussiæ Marchio Brandeburgensis cum Inpiedis Prutthenus.
Moscho et Magistro Livoniæ Societatem belli inierat adversus Regem Sigismundum. Præsides Arcium Magistri Prussiæ subditos Regios captivabant, prædones in suis Arcibus fovebant, qui Mercatores spoliabant, atq; hi ambo Magistri iam in armis parati erant, ex potentes rei bene gerendæ occasionem, constituerunt q; ut cum Moschus in Lithuaniam rem ageret, illi eodem tempore in Prussia Elbingum atq; illas Civitates Regias interciperent, et Samogitiam occuparent, jamq; Magister Prussias Exercitum ad fines Samogitiæ admoverat, sed audiens firma ee præsidia illius

resq; Moschorum parum felices, retrocessit, missis ad Regem literis, quibus hostilitatis suspicionem purgabat. Fol: 81. 82. 83. &c.

Initio ejusd: anni venit ad Regem Nuncius Vladislai Ungarorũ Regis, consolatum cum in luctu a morte Reginæ Barbaræ Uxoris suæ concepto, simulq; suasit ut propter hæredem Regno relinquendum secundum ineat Matrimonium
fol: 29. propositis illi tribus Virginibus Leonora Nepte Maximiliani, altera Caroli Regis Hispaniarum nepte ex Sorore, tertia Bona de Aragonia Ducc Bari, quod idem Maximilianus misso Oratore
fol 104. suo Sigismundo Regi Polonie faciendũ suaserat.

Ad hanc legationem responsum est a Rege, gratia primum Actæ pro consolatione fraterna, quod vero attinebat Matrimonium, rõtulerat se nõ posse animum ad illud convertere in hoc belli
fol: 29. tumultu.

Eod: anno venit Nuncius a Vidua Comite Scepusiensi Palatina Transylvanie Socrus Regis

et Matre Regina Barbara defuncta et a Tanussio Filio ejus Palatino Transylvania, petiit is Nuncius a Rege ut sua eos benevolentia prosequatur, et adversus suos æmulos apud Regem Vladislaum eos adjuvet.

Responsum est a Rege, se missurum Nuncium ad Regem Vladislaum in ejus rei negotio. fol: 31.

Eod: Anno Joannes Karnkowski Secretarius Regni Nuncius Regius in Ungaria, significavit per literas Vladislaum Rege Ungario 14 Martii extremum clausisse diem. obitus Vladislai Regis ungarie. Fol: 33

Idem Joannes Karnkowski a Ungaria redeens a Ludovico Ungarorum Rege Literas Sigismundo Regi attulit, quarum hæc est summa. Principe nunciat mortem Patris sui, deinde narrat Patres suum in agone mortis suam Majestatem in præsentia omnium Procerum Ungariæ suum Tutorem constituisse deinde rogat Regem, ut bene constitutis rebus suis Lithuanicis maturaret reditum in Poloniam ad succurrendum rebus Rei Sigismundus Tutor Ludovici Regis ungariæ.

fol: 36. suis, in tantis periculis a Turca sibi imminentibus.

Rogantibus Ungaris et Rege eorum Ludovico, misit Rex in Ungariam duos Consiliarios suos Joannem Laski Archiepiscopum Gnesnen. et Christophorum Szydłowiecki Palatinum Cracovien. ad consultandum una cum Legatis Maximiliani Cæsaris de Rege Ludovico pupillo, deq. Regnis in bona ordinatione constituendis. Legatio a Sigismundo Rege Polonia ad Maximilianum Imperatorem, in quo significat, se ad secundum Matrimonium animum applicuisse præcipueq. Leonoram neptem Cæsaris sibi delegisse.

fol: 39.

fol: 114.

Raphael Leszczynski Nuncius ad Cæsarem designatus, morbo correptus, ire ad Imperatorem non potuit. Demandatu hoc itaq. munus fuit, Joannis Czarnkowski Canonico Cracoviensi Secretario Regio.

fol: 115.

Tumultus magnus hoc Anno ortus fuit in Masovia inter annam Viduam Ducem Masovie

et inter nobilitatem subditos videlicet ejus, propter
mulierem Dominatum, quam regnare super se
amplius pati noluerunt, quamobrem communi
consilio statuerunt Stanislaum et Janussium Fi-
lios ejus a Matre avellere et separatos a Matre,
inter Senatores educari. Quod institutum cū perfi-
cere vellent a Curia in qua Duces erant et bom-
bardis aliqui occisi, alii vulnerati, ac repulsi
fuere, quo gliscente malo cum res ad eodem Domesti-
cam spectaret, Rex Sigismundus huic Domestico ma-
lo mederi volens, turbam hanc, penalibus interpo-
sitis vadiis, componi per Consiliarios curavit, quæ
complurios per eos tentata, pacificari tamen nō po-
tuit, tandem Regis et totius Senatus decreto
terminata fuit. fol. 353.

Eod. Anno Albertus Lautinus Monachus,
Italus Theologiæ Doctor, Minister Monasterii S.
Francisci Cracoviæ quod severius indissolutam
Monachorum vitam animadverteret a decem Mo-
nachis Fratribus suis est trucidatus, qui postea

scelonis sui maritas poenas dederunt.

Anno Domini 1517 memorabilia

Hoc Anno actus est Conventus Generalis Petricov. via ad x. d. Februarii cui Rex in Lithuania tum agens interesse nō potuit. Quamobrem Legationem
fol: 155. hanc ad eum ipsum conventum expedivit.

In qua legatione ostendit se propter multas causas hunc Conventum Petricovie indixisse. Precipua vero et primaria causa hec erat, Quod Tartari hoc anno hybernare in ulteriore Borysthenis ripa decreverant, unde facile predam ex Dominiis Regiæ Mttis abigere possent, quo modo itaq; pro-
fol: 156. positum hoc illorum reprimendum esset, Comitia propterea indicta fuere.

Legatio a Consiliariis Lithuanie ad Consiliarios Rnī ad Conventum Petricoviensem. In qua petunt Consiliarios Regni, ut sibi contra Moschum opem et auxilium ferrent, promittentes eisdem, pari numero armatorum se auxilium etiam laturos, deinde admonent ut ea numera, ad quæ solvenda

una cum Consiliariis M. D. L. se obligaverunt Cesa-
ri Tartarorum Procopien, mitterent. fol. 162.

Consiliarii Rñi ita responderunt, se subsidium
contra Moschu propter magna pericula Regno im-
pendentia dare ñ posse. Milites tamen hos, qui
in finibus servantur, se missuros promittunt; quod
attinet impensas Tartaricas affirmabant propter
ea illis fuisse concessas, ut pacem cum utroq;
Dominio servarent, sed quoniam ab eis violata
est, ideo se ad solvendum ñ teneri. fol. 164.

Ad postulata Ludovici Ungarie et Bohemie
Regis missus est Mathias Drzewiecki Episcopus
Cracovien in Ungariam ad Comitia Budæ celebran-
da ad consultandum de bono Statu Rñi Ungarie,
et ad persuadendum, ut inducie tum Turca sibi
perentur. fol. 176.

Actio Oratorum Cesaris Maximiliani et Si-
gismundi Regis Polonie in Conventu Budensi
in eisdem negotiis, in quibus Mathias Drzewiecki
fuit missus. fol. 181.

74.

fol. 183. Descriptio disordinationis Ungariæ Rñi Gesta inter Zophim Turcam et Soltanum Cairi Dñi de Soltano devicto occupata Aleppi Damasco Hyerusalem Turca. fol. 189.

XXX Julii Sigismundus Rex Vilna discessit cum Exercitu ad Polocko et ibi Exercitum in hostilem Tartaram immisit versus Arcem Opoczka.

VIII. Decembris Dñus Seyth et Bognsz profecti sunt ad Moschum tractatum de conditionibus pacis ut satis faceret postulationi Cæsaris ubi etiam tum temporis illius nuncius Sigismundus

fol. 207. Herbestein fuit, in eod. negotio missus.

Conservatio statuum Rñi Bohemiæ de Jure et Religione a Rege Sigismundo nomine Tertio.

fol. 207. Legatio ad Cæsarem Maximilianum, data Stanislao Ostrorog Castellano Calisiensi, et Joanni Konarski Archidiacono Cracoviensi in qua legatione maxime grates aguntur nomine Sigismundi Regis Poloniæ Cæsareæ Mtti, pro

singulari constantiq; affectione et fraterno amore quem gerebat erga Regiam Majestatem. Deinde Regia Majestas tanta Officia et studia Cesarea Mtti polliceatur, pari benevolentia et studio se vicissim relaturam. Ad postremum autem significat, quod ex illius Mttis recommendatione Illnam Dnam Bonam sibi conjugem elegerit, rogatq; ut ea ipsa quamprimum Viennam veniret, quo facilius illam per Oratores solennes suos excipere, domumq; reducere posset. fol: 229.

Oratio in postulatione Virginis Bonæ in Matrimonium Regi Sigismundo.

Pompæ, quæ in adventu Legatorum Neapoli fuerint, ab iisdem Legatis Regiæ Mtti descriptio missa. fol: 248.

Eod: anno Fœdus inter Sigismundum Primum, Regem Poloniæ et Stephanum Palatinum Valachiæ ictum fuit, ea conditione, ut si Sigismundo Regi contra aliquem hostem arma sumere contingerent, Palatinus Regi Suppetias ferret. fol: 262.

Legatio a Sigismundo Rege Poloniæ ad Palatinum Valachiæ in qua Rex hortatur eum, ut

pacus quod inter eum et Majestatem Regiam fuit con-
fol: 262. stitutum, diligenter observet.

Legatio a Rege ad Albertum Magistrum Prus-
sie per Raphaelem Leszczynski, in qua admonebat
Magistrum, ut subditos suos ab inferendis damnis
fol: 280. subditis Regiis prohiberet, illataq; resarciret.

Interdictum Regium de non importandis Mercii,
fol: 289. moniis in Terras Magistri.

Litere Bogustai Dñi Stetinensis ad Regem
in quibus Molimina Magistri Prussie adversus
fol: 289. Regem et Regnum ostendit.

Anno Domini 1518 memorabilia.

Sigismundus Rex Polonie, Vilne agens, indixe-
rat Conventum Rñi generalem Cracovie ad diem con-
versionis S. Pauli, ad quem quidem Conventum Rex
ipse tertia die Decembris, anni proxime preteriti
fol: 302. Vilna discessit, primaq; die Januarii Cracoviam
venit.

Cause propter quas Conventus hic generalis
actus est, erant hæ: Prima, ut de bello cum

Moscho gerendo consultaretur. Secundo ut modus inveniri posset, quo pacto hostilitas Magistri reprimeretur. fol: 304.

Legatio a Sigismundo Primo Rege Polonie ad Conventum Prussie, in quo admonet Consiliarios Prussie, ut Consulerent, qua ratione Magistor Prussie reprenari possit et ad debitum Regie Majestati prestandum conpelli. fol: 306.

Ordinatio defensionis Rñi in Conventu Generali Cracoviensi facta. fol: 308.

Ioannes Karnkowski Legatus a Sigismundo Rege ad Ludovicum Ungarie Regem missus, invitatum cum ad Nuptias. fol: 317.

Descriptio Nuptiarum Sigismundi Regis Polonie pro Ludvicum Docium. Nuptiæ Regis et Bone Regine. fol: 327.

Sigismundus Rex Polonie ut Patrunus et Tutor Serenissimi Dñi Ludvici Ungarie et Bohemie Regis, Nepotis sui nomine Sacri Imperii Principis, dat plenariam facultatem Rñdo Dño Erasmo Episcopo Plocensi, Raphaeli de Loszno, Sigismundus R: Romanorum Imperatorem elegit nño Ludovici Ungarie Regis

Castellano Landensi, et Bogusio Marcschalco Magni D. L. at simul cum aliis Imperii Electoribus Regem Romanorum eligerent, ac super Decretum

fol: 382. Sigill: Rñi apponerent.

Avisamentum Christianorum Principum pro expeditione contra Turcas. cod:

Instructio a Sigismundo Rege Polonie data, Oratoribus Cesaris Maximiliani ad Moschum, pacem tractatum missis, in qua Rex aperit animi sui sententiam, quod nollet pacem cum Moscho inire, nisi primum Arx Smolensko

fol: 399. illi ipsi restituatur

Tractatus Pacis et induciarum per Oratores Cesaris Maximiliani inter Regem Polonie, et Ducem Moschovie, in quo persuaderit Oratores Cesarei Ducis Moschovie ut pacem firmam stabiliret.

fol: 429.

Ex Tomo Actionum Regiarum Quinto Annos Domini 1519. 1520. 1521. continente.

Joanna Regina Neapolitana.

Isabella Dux Barensis significaverat Sigismundo Regi Joannam Reginam Neapoli defunctam esse et se ab illa haeredem Bonorum omnium mobilium et immobilium testamento esse constitutum, quorum Bonorum possessionem obtinere non possit, absq; consensu Caroli Hispaniarum Regis, suadet itaq; ut Sigismundus Rex ageret, cum apud Maximilianu Imperatorem Romanum, tum apud Catholum Hispaniarum Regem, quo id Testamentum in robore suo conservaretur. Legatus itaq; a Rege missus erat Joannes Dantiscus qui Regem Catholicum rogaret, ut testamentum hoc ratum haberet et Ipsam Dictam Ducem Isabellam in possessione Bonorum sibi relictorum conservare velit. Responsum in haec verba ab Imperatore, Caesar promisit se Commissarios deputaturum, qui hoc Testamentum revidierent, quodcunq; autem

justum et æquum fuerit, sua Catholica Majestas,
sine mora et quavis dilatione ad votum beneplaci-
fol: 11. tum Sñssmi Regis decernet.

Isabella Sigismundo nascitur. fol: 17. Die 18 Januarii Bona Regia Polonia peperit Filiam Isabellam hora quarta noctis sequentis.

Eod: Maximil. anus moritur. Eod: Anno Cæsar Maximilianus Mortuus.

Hoc anno Comitia indicta fuera Cracovia, sed re-
fragantibus vicissim omnibus et Majori Polonia
Petriconiam translata fuerunt et pro festo Purifi-
cationis celebrata, inter alias constitutiones ho-
rum Comitiorum contributio erat universalis Dñ,
orta, sub his Comitiis Legati venerant a Consilia-
riis Hungaria, quorum legationis hæc summa
erat. Primo exposuerunt ingentia pericula,
quæ Regno Hungaria imminere, deinde petie-
runt a Regia Majestate, ut illi hæc imminentia
pericula, quæ Regno Hungaria minari vi-
debantur, Regio animo suo perpendere et rebus
fol: 36. Rni afflictis consilio et auxilio adesse velit.

Responsum a Rege Legatis in hæc verba: Quod

ille pro debito et perpetuo amore erga Regem Ungariæ, ac ipsum Regnum, nulli unquam impendio et operæ parcet: et quamvis gravissimis bellis et difficultatibus Domi fuerit distentus, nihil tamen prætermittet, quod pro illius Majestate et Regno suo Ungariæ præstare possit. fol: 38.

Legatio a Ludovico Rege Ungariæ post mortem Cæsaris Maximiliani, in quo petit a Rege Sigismundo ut ille post recentem obitum Cæsaris cui cura sui cum illius Majestate erat, per Serenissimum olim Vladislaum Regem commissa, ita ut fecit hactenus de bono et commodo ipsius consulere dignaretur. fol: eod:

Legati a Francisco Rege Galliarum ad Sigismundum Regem, quorum legationis hæc summa erat. Retuleruntque qualiter Rex Galliarum post mortem Cæsaris per Majorem Electorum partem fuerit ad fastigium Imperii Romani postulatus, quod ille ne precibus illorum deesse videretur, detrectare et recusare noluit. Scions autem Sacram Regiam

Gallorum Rex Francisc. aspirat ad Imperium.

Majestatem Tutorem agere Serenſmi Regis Ludo-
vici Nepotis sui, cujus suffragium in pari Ele-
ctorum dissensione potissimum valet. Postulat
a Majestate sua, ut ibi adeaq; dissensionem
Electorum res deveniret, ipsa nomine Serenſmi
Nepotis sui suffragium dare pro illius Maje-
fol: 52. state Christianissimo dignaretur.

Responsum a Regia Majestate in hac verba erat.
Regia Majestas agebat se ad hue in Conventu Au-
gustensi suffragium pro Serenissimo Domino Carolo
Rege Hispaniarum promisisse et proinde aliter
nunc sentire, et velle, quædam nota inconstantiæ
et oblivionis Officii esse videretur, quæ ab uno
quoq; Principe longe aliena esse debet, Pollive-
itaq; Majestati suæ hanc operam quam postu-
lat, ñ esse ullo modo Majestati suæ integrum
Fol: 89. et licitum.

Legati a Sigismundo Rege, Francofordiam ad
conventum electionis Novi Cæsaris missi, Matthi-
as Drzewiecki Episcopus Vladislavien. et Raphael

de Seszno Castellanus Sandec ut qua ipse Serenissimus Dominus Nepos suus ex se prodire deberet, et ad quae ipsi Dñmini Electores admittere dignarentur, haec omnia obirent, et exequerentur. fol: 69.

28 Maii Carolus quintus Rex Hispaniarum in Imperatorem Romanum electus est. Carolus V. Romanorum Imperator. Fol: 79.

Rex audiens populari Terras Russiae et Podoliae Conventum Sandomiriae indixit de resistendo huic malo, in quo Conventu obtulerunt se omnes Terrae fol: 89. provisisci.

Nuntes ad Russiam et ad minorem Poloniam post Conventum Sandomiriensem emissa. fol: 96.

Hieronymus Balbus, Praepositus Posonien. Legatus a Ludovico Rege Ungariae ad Sigismundum Regem missus cujus Legationis haec summa erat. Retulit imprimis, quanta et quam pernitiosa fuerit hactenus dissensio inter Optimates et Plebem Rñi Ungariae, fovente illum nonnullis ex Optimatibus ipsis.

Nunc autem Optimates invicem omnes redisse

in gratiam et in unum omnes sentire, decreviſseq; jugum Plebis excutere decreviſse etiam tutelam Sereniſsimi Dñi Regis sui Regnig; ejus Majestati Regiæ committere, neq; id ipsum confici poſse commodius et rectius, nisi mutuo utriusq; Majestatis Conventu. Cæterum retulit Commiſsarios Regis Caroli scripſiſse Majestati Dñi Regis Ungariæ, se circa Festum S. Martini in Austriam venturos, et postulaſse, ut mitteret illuc Majestas sua Oratorem, cum quo negotium ipsius Matrimonii conficeret: decrevitq; itaq; Majestas sua Oratorem eo mittere; Retulit præterea qua pertinacia et comminationibus instabant Dñi Bohemi ut Sereniſsimus Rex Ludovicus ad Rñu illud accederet. Consiliumque; in hac re Majestatis Regiæ requirit.

fol: 94. Responsum a Rege ita erat. Primum libentiſsime audivit Majestas sua mutuum factam ſse concordiam et consensum inter Dñinos Rñi Ungariæ. Quod autem tutelam Sereniſsimi

Dñi Regis Ludovici attinet: quando quidem Majestas ejus nunquam illam ambivit, cum satis sit illi negotiorũ et curarum Dŏmesticarum ne foris quaerat, tamen ne hanc Dŏminorum Ungariæ benevolentiã in se oblatam rejicere et parvi pendere videretur, libenter eam tutelam acceptabit; ut autem res tranquilius, et secretius conficeretur, statuit Majestas sua, ita ut illorum Dŏminationes consueverunt convenire una cum Serenissimo Dŏmino Nepote suo. Quod Serenissimus Dŏminus Rex Ungariæ Nuncium ad Caesarem Regem causa conficiendi Matrimonii Illustrissima Dŏmina anna mittere destinavit, probat Majestas Regia et suum quoq; uti postulat, libentissime mittet. De profectione in Bohemiam nõ sidetur Mtti Regiæ ut illis denegetur, no quid in ipso Rnõ tumultus oriatur. fol. 97.

Jacobus Sczygniewski Orator ad Cæsarem Turcarũ causa firmandæ pacis missus.

Anno Domini 1520 memorabilia.

Rex Sigismundus videns se multis injuriis affici ab Alberto Marchione Brandeburgensi, Magistro ordinis Cruciferarum, Legatum Nicolaum Nijsios in Prussiam mittit ad cognoscendas injurias a
fol: 120. Subditis Magistri Terrigenis Regni illatas.

Joannes Lamboccki in Prussiam ad confirmandas Civitates ad Episcopum Varmien. in fide Regi servanda missus.
fol: 131.

Hoc anno actus est Conventus Thorunie ad diem 15 Ybris in quo de defensione tam Terrarum Russie quam etiam pro sustinendo bello contra Magistrum Prussie tractabatur, ad quod gerendum decreta erat contributio
fol: 157. generalis.

Eod: Anno post acta Comitia Thorunie indictus fuit Conventus Leopoli, ut juxta ordinationem Conventus Thorunen. certus numerus militum pro defensione Terrarum Russie
fol: 175. constitueretur.

Edictum in eo Conventu de non importandis rebus ad Cruciferos, de exclusione monetæ malæ. De non transmittendis alienis. Militibus ad Magistru. fol. 151.

Zacharias Ferrerius Episcopus Vincentinus Legatus a Summo Pontifice ad Comitia Thorunensia missus, qui Regem monebat ut sua Majestas pacem iniret cum nepote suo Magistro Ordinis Teutonici, cui ita responsum fuit a Regia Mtte. non dubitare suam Mttem satis constare Sanctissimo Pontifici ex Literis et Nunciis suis, quantas Molestias Magister Prussiæ, Majestati Regiæ semper exhibere consueverat, premendo illius Majestatis subditos vectigalibus insolutis, incendiis, spoliis cædibus, aut aliis indignis modis, quibus rebus permota Majestas Regia coacta est post habitis omnibus negotiis etiam tempore hyberno, bello minime congruo, huc cum Exercitu venire, ubi longo tempore expectans, ut ille respiceret, ad debitum

suum prestaret. Majestas Regia in suo pertinacia obstinatum cum videns, jacere aliter non potuit, quin illum, quod hactenus vitavit bello aggrederetur, non videtur itaq; Majestati suæ, ut rebus sic stantibus, arma quæ tam ex justissimis causis sumere est coacta ad præsens deponeret.

Tractatus per Oratores Principum Germaniæ Thorunii de componenda pace v inducüs belli Prussiaci inter Sigismundum Regem Polonia et Albertum
fol: 236. Magistrum Prussia, sed nihil effecerunt.

Andreas de Tenczyn Palatinus Lublinen Thorunia ad Ludovicum Ungaria Regem missus, etiam ut iret in Bohemiam si opus foret, nam Rex Ludovicus inter in Bohemiam parabat, qui Regem rogabat, ut pro ejus honore et pro commodiore modo componenda pernicioso illius Regni dissensionis, Oratorem suum secum mitteret.

fol 306. Hieronymus Laski Orator ad Carolum Quintum Electum Romanorum et Hispaniarum Regem missus, qui primo gratularetur ejus Majestati de

adepto Solio, deinde gratias ageret, quod dignatus esset Majestas ejus Serenissimum Regem in Collegium Velleris aurei suscipere.

Sigismundum in collegium vellens aureum susciptur Fol: 307.

Cum Anno superiore misisset ad Majestatem Regiam Rex gallia Oratores, declarando illi suam benevolentiam et postulando ab illa, ut sibi in asequendo Imperio adesset, Majestas sua existens gratissima de hoc illius Majestatis in se affectu, omni studio curavit, ut illius Majestati Christia. nissima commodare hac in re potuisset, verum quid factum sit eo in negotio, quo minus hac sententia cesserit, ejus Majestas intelligere n potuit, nihilominus Majestas Regia benevolentiam quam erga illius Majestatem concepit testari volens, Hyeronymum Laski ad eum misit ut cand: benevolentiam suam illi testatam faceret. fol: 312.

Die prima Augusti natus est Sigismundo primo Regi Poloniæ Filius, cui nomen Paternum erat inditum.

Augustus Sigismundo nascitur. Fol: 336.

90.

Anni Domini 1521 memorabilia.

Rex Sigismundus Bellum gerens in Prussia advers. sus Albertum Marchionem Magistrum Prussiæ, quum cognovisset Exercitum in Germania per Marchiones Brandeburgenses aliosq; Germaniæ Principes adversum se scribi ac in auxilium Magistro in Prussiam tendere, missis per universam Poloniam Literis, nobilitatem Rñi Arma sumere, et in Castra venire jussit, locumq; Castris ad Wągrowiec edixit, quo ex loco cum Germanicus ille Exercitus propius Prussiam accederet, Castra ipse cũ tota militia ad Bidgostiam transtulit, in quibus plus centa millia aquitum fuisse computabantur. In Germanico vero Exercitu Peditum decem millia, Equitum vero duo millia fuere. Qui licet a tanta multitudine Militiæ Polonæ opprimi poterant. Rex tamen Christianus horrens profusionem Christiani Sanguinis, hostilem illam manum, sine cæde et sanguine viri, ore finibusq; suis expellere decreverat. Jussit

Deinde Capitaneum Mariaburgensem Stanislaum de Koscielecz Palatinum Calisiensem, Germanos transitu Vistula tormentis bellicis ac militibus prohibere; mox etiam misit aliquam manum lovioris armaturæ, qui quaquaversum incenderent Germani, victualia et comeatum illis prauiperent hi alacriter jussa Regis omnia peregerunt, assiduisq; die noctuq; incursionibus eos instantes plurimum afflixerunt. Postquam vero iidem Germani ad Vistulam, qui Prussiam et Podoliam dividit, pervenirent, in quo nusquam Pontes erant, intenti Germani, si qua Traiectu invento penetrare ad Magistrum possent: Quod licet interdum tentarunt, trajicere tamen non poterant. Kosciecio ipsos ex altera parte fluminis Tormentis bellicis infestante fluvius etiam ipse magnitudine aquarum et assiduis pluviis auctus, traiectum eis negabat. Qua inobrem copiæ illæ, alimentis destitutæ, continuis incursantium impressionibus, vigiliis, insomnio, fame, frigore, morbis afflictæ, sub Gedanum venientes ternos

globos e ternis tormentis versus mania ejaculantes, tertio die in Pomeraniam Ducatem discesserunt, errantes militiam suam, ñ parvam ãhibuerunt molestiam Principibus, in quibus contra Polonos edicti erant acerbe ab eis exigentes stipendia. Plurib⁹ ex his incurvati, arboribus⁹ innixi alvum eleonerantes mortui reperiebantur. Qui vero capti fuere, hi humaniter ac liberaliter apud Polonos habiti, et per Regem dato Viatico, vestibus et Conductoribus, ne a quoquam violentur abire in Germaniam jussi sunt.

Germani super iter e Prussia discedunt.

Interim vero dum hæ Germaniæ copiæ pelluntur a Polonia Rex ad Bidgostiam cum Consiliariis, et cum reliquo Equestri Ordine. Comitia magna egit Consultatum⁹ est diligenter de Bello Cruciferico continuando. Ad quod prosequendum institutum fuit Tributum publicum magnum in spirituales et seculares homines, ab una quoq⁹ Villa singuli floreni in moneta, ab una quolibet capite nobilium, Patrum filiorum, Filiarum alii

Tributum longe gravissimum in Polonia.

singuli florenii. A quolibet servitore grossi XV. a Clero et Plebanis, a Civibus et Colonis, ab omni denique Ordine hominum grave tributum exactum, quo nunquam antea majus in Polonia fuisse audi, tum est, quod ad multus myriadas excendisset, si fideliter ab omnibus allatum, et integre in publicum Erarium illatum fuisset

Turbulenter hæc Comitia, magnisque clamoribus Rakosz in illa Castrensi multitudine acta sunt. Gravissimæ querelæ seu imjressiones fuerunt Equestris Ordinis adversus Magistratus publicos, de iniquis Judiciis, de pluralitate Officiorum incompatibilium, deque multis id genus injuriis Quibus tandem ut eumque sedatis, et in aliud tempus rejectis, de, erctæ erant ad regulamon negotia Rñi constitutiones vim Legum habentes. De projectione nobilitatis ad Bellum. De Castellanorum potestate in bello. De milita absentium a bello. De emendandis et corrigendis constitutionibus Rñi. De ratione agendi Comitia. De pœna turbantium

Conventus, de restitutione fugitivorum Colonorū, deq; laboribus eorund. De salariis Officialium, Judiciis Præsidentium. De interdicta cum Marchilis Marca, tura. De non importando in Poloniam sale Alterno. Constitutis hisce rebus, pulsis e Regno hostibus, di, missa etiam Domum a Castris Nobilitate, misso præterea in supplementum Exercitus Mercenario milite in Prussiam, Rex ipse cum consiliorū aliquibus a Bidgostia ad Brzesce Oppidum Cujaviæ se contulit.

Cæsar antequam Exercitus ille germanicus conflatus fuisset in Germania, Cæsar Carolus V designaverat Legatos ad pacem inter Regem et Magistrum constituendam. Verum ubi audisset Exercitum hunc collegi, abstinuit tum ab Oratorum missione. Tantam enim spem universa Germania de Exercitu illo conceperat, ut certo sibi polliceretur, quod copiosæ illæ ductu atq; auspiciis Magistri subito Polonos essent devoraturæ. At postquam ea spes, conatusq; irriti occiderunt: Nec Principibus germanis

sumptus ad abendum exercitum supperirent, ne Magister auxilio eorum jam destitutus, de ditione sua in Prussia periclitaretur, verterunt montes suas ad pacis consilia. Egeruntq; cum ipso Cæsare, et cum Ludovico Rege Ungaria, ut missis Legatis pacem et inducias efficerent. Duos quidem Legatos audiens Rex ad se advertere Thorunium, se Breslam recepit, ubi inductis quatuor annorū constitutis, deductisq; ex Prussia utrisq; partis copiis, Cracoviam est profectus.

Inducia belli Prussiaci Quadriennales. fol: 396.

Zacharia Episcopi Gardien Legati Apostolici ad Sigismundum Regem Poloniæ, pro belli Prutheniei suspensione et armorum depositione gratiarum actio. fol: 399.

Legatio Alberti Marchionis Brandeburg, Magistro Ordinis Crucigerorum per Henryeum Meltyez ad Sigismundū Poloniæ. Responsum a Sigismundo datum Henryco Maltyez, Nuncio Alberti Magistri Crucigerorum. fol: 407.

Legatio a Rege Sigismundo ad Lucam Episcopu Varmien.

Legatio altera ad Cõtum Prussiæ, qui quidem Con-
ventus Prussiæ actus fuit ante Petricovien Generalem
fol: 415. Regni Conventũ, qui anno sequenti celebratus fuit.

Ex Tomo Actionum Regiarum Sexto Annos Domini 1522. 1523. continente.

Circa finem Anni 1521. post Conventum in Castris ad Bidgostiam turbalenter actum, et pax initas cum Alberto Marchione Brandeburgensi Magistro Cruciferorum in Prussia quadrionnales inducias, indictus fuit Conventus Generalis Regni in Piotrkow ad diem S. Simoni et Judæ qui in sequenti anno 1522. finibus fuit, ad quem literis consuetis Senatus Regni convocatus erat. In hoc autem Conventu præcipue de Tartaris tractatum fuit, cum quibus etsi tum fœdus intercesserat: tamen cum illi omnia, ex suo tantum commodo metiri soleant fœdera ejus nullam rationem habeant, ob id nihil firmi Majestas Regia sibi ex illorum parte pollicori poterat. Cupiebat igitur diligentissimam hujus rei in præsenti Conventu provisionem fieri et Constudiam. Accedebat et Regni Ungariæ calamitas quæ ob vicinitatem non minoris quam propria æstimanda erat. Ex enim suæ cumbente, parvam Regni Poloniæ quoq; firmitatem fore.

Ac proinde consultandum etiam quomodo aut vicino Regno laboranti opitulandum, aut Domi ubi hec calamitas in Regno Polonie devolveretur, sustinori et arceri possit.

De negotio Prusthenico quoq; deliberatum fuit. Cognitionem arbitralem super Juramento Magistri et novis differentiis in eo ipso negotio fieri debere. Quia etiam Majestati Regie in Lithuaniam proficiscendum erat, ideo hunc Conventum indixerat, ut bono Ordine in Regno constituto, cum minori cura et sollicitudine in Lithuania ageret. Precesserunt hunc Generalem Regni Conventum et particulares in omnibus Districtibus Conventus, sed in Srzoda Conventus particularis Terre Posnan admodum turbulenter actus fuit, fremente nobilitte in Lucam de Gorka Castellanum et Capitaneum Majoris Polonie, quod plerisq; cum pro destructore publici boni habebant. Itaq; in hac dissensione nullius fuit momenti ad Conventum electi fuerunt, quam Majestas Regia placatam reddere cupiens, Petrum Tomicium Episcopum Posnanien. Regni Vice Cancellarium eo misit, qui tandem effecit, ut Nuncii quidem

mitterentur, sed cum limitata potestate. Licet vero in eo conventu Regia Majestati generalem belli expeditionem faciendi, si ingens aliquod periculum imminoret, potestas data esset, ne tamen ob velem aliquam hostium incursionem, universum ordinem Equestrem moveri ejus esset. Contributio per Tortones, et quolibet manso exactio Civilis et contributio liquidorū, et eius sive moneta ad Mercenarium militem utendum est Decreta, atq; ex hac collatione pecunia bis mille Equitum per tres Anni partes in Terris Russiæ alī debere. Decretum quoq; est, ut Jura, Statuta et consuetudines, Rñi in meliorem formulam redigerentur, quia omnia tum fuerunt approbata, Contributione excepta, in quam cum Nuncii Terræ Posnaniensis consentire nollent. Eos et reliqui omnes sunt secuti, ob quam causam, Rex alios Conventus particulares in singulis Palatinatibus indixit, in quibus Contributio ser tantum grossorum ex singulis laneis est decreta, et ad Regem per Nuncios in Lithuaniam delata, quam cū

Rex, an susciperet vix deliberasset susceptit tamen et pro exiguitate Pecuniæ, paucos quoq; milites ad Russia Præsidia scribi imperavit.

Radvankow. ski infamis pronunciatur

In hoc Conventu Petrikoviensi Radvankowski Rothmagister Judicium sententiis ob proditionem

Fol. 13. Castri et Oppidi Wormeta in Prussia perpetuo Infamis et sine honore pronunciatus.

fol. 22. Legatio a Stanislao et Janussio Ducibus Masovia ad Sigismundum Regem Polonia, pro restitutione Terræ Plocen. Responsum a Rege ad Legationem Dum Masovia Terram Plocen. juste et debite ad Regnum devolutam, et ideo non teneri ad restitu-

fol. 24. tionem.

Legatio a Sigismundo Primo Rege Polonia, ad Conventum Norimbergen. data Petro Kmita Marschalco Curiæ Regni, qua post salutationem tardioris ad Imperii Comitia adventus causas continet.

Post calamitatem quoq; qua Christianis ab infidelibus imminet, maxime vero a Turca ob

interceptus arces et loca, quibus non tantum ad Vngariam sed ad alia quoq; Dominia viaina, sibi janua patefecerit, atq; eam ob causam facto delectu, et apparatu ad unive, rsam Rempublicam Christianam occupandam, jam in provincia esse ad quam expeditionem et Tartaros ma, gno stipendio conduxisse. Proinde Serenissimum Regem Poloniæ omnes Principes in eo Conventu congregatos rogare, ut jam laborantibus et defessis ad sint ope ceteri, se quidem libenter subsidium aliquod Ludo, vico Regi Vngariæ præstare velle, sed cum inter Turcum et Tartarum ita Conventum sit, ut simut Regnum Poloniæ impetere velint, si solus tantum vim sustinere suosq; defendere et tueri posset, be, ne se Officio suo functum arbitraretur. Nec ex Lithuania ullas copias educi posse cum et illa acerrimum hostem Moschum scilicet habeat. fol: 31.

Legatio a Sigismundo Rege ad Ludovicum Re, gem Vngariæ data Joanni de Tarnow Castella, no Woynicz qua gratulatur de Nuptiis cum Ma, ria Caroli Imperatoris Sorore confectis, deinde

condolet ob interceptas quasdam a Turco arces, et consilia Tartarorum et Moschi aperit, hortaturq; ut non attendens ad externa subsidia, ipse cum suis Dominiis ita res suas ordinet et disponat, et se suosq; conservare possit. Commendatur et negotium Prutthenicum super arbitramento inter Se. renissimum Regem Polonie et Magistrum de Prussia faciendo. Agebatur et de Moneta, quæ ad instar Monetæ Rñi Polonie Swidnicæ cudebatur. Visenda erat et Regina Ungariæ, illiq; propter Coronationem et nuptias Regio nomine gratulandum injunctum erat, ut omnes status atq; ordines Regni Bohemiæ salutare et ipsorũ fidem et officium ergo Principem suum commendare cosq; ut porro se se in omnibus fideles subditos

fol. 37. exhibeant, cohortari.

Responsum Ludovici Palatini Rheni Bavariæ Ducis et cæterorũ Imperii Oratorum datum Viennæ Petro Kmita Marschalco et Orator Regis Poloniæ, quo promittunt Controversiam inter

Serenissimum Regem Polonie et Magistrum Prussie tan, sigendam et definiendam. fol: 52.

Responsa Dominorum oratorum Sacri Romani Imperii data aliis oratoribus Regis Ungarie, super petitione auxiliorum contra Turcas. fol: 53.

Responsum a Rege Sigismundo Nuncüs Episcopi Varmien, quo diligenter se curaturum inter Tractatus cum Magistro promittit, ut bona omnia Episcopo et Capitulo, per ipsum ablata, in potestatem illorum de, nuo redeant. fol: 56.

Sigismundus Primus Rex Polonie Adriano Pape VI. significat Episcopatum Culmensem erectum et dotatum esse a Ducibus Polonie et semper antiquitus sub Metropolitanam Ecclesiam Gnesnen, cujus etiam esset suffraganea, spectasse et id ario nulla ratione tenori ad evocationem Synodalem Archiepiscopi Rigensis. Culmensis Episcopatus erectus et dotatus a Polonis Ducibus sub Diec. si et Gnesnen. Fol: 57.

Legatio a Sigismundo Rege Polonie ad Palatinum Valachie pro subsidio Regi Ungaria ferendo.

Legatio a Sigismundo Rege ad Cæsarem Carolum Quintum data Ivanni Dantisco in causa petitionis auxilii contra infideles, et arbitrariæ cogitionis, inter Majestatem Regiam et Magistrū Prussiæ de Hæreditate Neapolitana, et evocatione Civium Godanensium et Elbingensium ad Cameram Imperialem.

fol: 104.

Legatio Summaria ad Comitia Prussiæ, instituta pro die S. Michaelis, ut Negotia in eo Conventu tractanda ad effectum veniant, ut omnes discordiæ nobilitatis et Civium inter se ortæ sopiantur, ut contributio quæ omnes attingat, decernatur, de moneta Magistri invalida nō recipienda. Dē cudenda sub signis et Titulo Regiæ Majestatis moneta, ut Officialibus aut subditis, Dōmini Magistri quærentibus justitia fieret, et causæ differentiæ cum Nuncijs Civiciperarum diligenter transigantur, ut de negociatione cum subditis Ordinis, id quod magis expedire videretur, statuerent.

fol: 110.

Sigismundus Rex Adriano Papæ Sexto collationem Episcopatuum in Regno Poloniæ ad se pertinere et sui Juris Patronatus esse significat. Collatio Episcopatuum Regni Poloniæ est Juris Patronatus Regis. Fol: 110.

Anni Domini 1523 memorabilia.

Hoc Anno indictus fuit Conventus generalis in oppido Piotrkow, ad diem S. Agnetis Virginis, sed postea tamen propter pestem ibi. cum Petricoviam grassantem, et propter alias causas inferius præscriptas, Cracaviam ad Festum Purificationis B.M.V. translatus erat, Convocatis fuere Consiliarii ad ista Comitia Generalia Regni Litoris consuetis, in hoc autem conventu de injuriis et necessitatibus Domesticis reformandis, ac etiam de Regni dispensione melius in futurum disponenda tractandum et statuendum erat. fol 162.

Serenissimus Rex conductis per Nuncios suos cum Duce Moschorum Nuncios, qui ad firmandum eadem inducias venturi erant, non

die Decembris Vilna se movit, et ad secundam Januarii Cracoviam venit.

Responsum a Sigismundo Rege Poloniæ, datum Antonio de Comitibus Oratori Cæsaris Caroli V. qui pro renovatione fœderum, quæ inter Serenissmum Regem Poloniæ, et Maximilianum Cæsarem olim intercesserunt egerat, ut tandem
fol: 174. de integro confirmarentur.

Responsum a Sigismundo Primo Rege Poloniæ datum Thomæ Nigro Episcopi Scandonen. Nuncio Apostolico, super declarationem Studii et Curæ Sanctissimi Domini Papæ de vindicanda Republica Christiana ab impedimenti ruina, et supplicat Majestas Regia ut Episcopatum Plocen. a se designatum, circa
fol: 176. ulteriorem moram et difficultatem confirmet.

Legati Moschorium cum 500 Equitibus, Cracoviam venerunt, et Fœdus cum Rege ad
fol: 189. quinquennium firmarunt.

Responsum a Sigismundo Rege, datum

Catolicus Ferdinandi Archiducis Austrie, gratias agens pro visitatione, et quod cum derruptione facta per Turcam in Crociam cortiorem reddiderit, postulans, ut animis Principum Germanorum animis Regno Ungarie Suppetiis opportunis, quam celerius adsint. Protorca/Majestatem Regiam plurimum optare, ut differentia inter se et Illm Dnum Albertum Ordinis S. Marie Teutonici de Prussia, juxta capitula induciarum componatur et terminetur. fol: 190.

Sigismundo Regi Polonie Fridericus comes Palatinus Rheni Sacrum tenens et Elector, ac ceteri Principes et status Reginimis in Imperio consilio rogant, ut Regia Majestas Articulos compromissi in omnibus juste observare faciat, et ne Prefecti et subditi sue Majestatis vias publicas occludant et commercia decere inhibeant, et injurias molestationes, contra subditos Magistri aliquo modo presumant. fol: 192.

Sigismundus Rex Friderico Palatino Rheni et aliis Principibus Germanie excusat se et purgat de illis, que ex parte Magistri Regie Majestati a consiliariis

Imperii scripta erant, de negociatione scilicet subdito-
rum, de venatione, de occupatione Bonorum, et alia
fol: 193. plura q.

fol: 194. Institutio Thelonearum in subditos Cmesarorum Prussie.

Legatio a Ludovico Rege Ungarie ad Sigismundum Re-
gem Polonie data Jacobo Pisoni Prepposito S. Sigismun-
fol: 202. di, qua de rebus potissimum Bohemicis tractat.

Responsum ad Legationem Ludovici Regis Ungarie
fol: 212. a Sigismundo Rege Pisoni Oratori datum.

Legatio a Ludovico Rege Ungarie ad Sigismundum
Regem Polonie data Nicolao Gabrendi, relationem
rerum Bohemiarum continens, qua jam in statum
meliorem tum redacte erant, quia Officiales nego-
fol: 218. tiorum Regiorum, turbatores et Magistratu amoverant.

fol: 222. Causa mutationis Officialium in Regno Bohemie.

Legatio a Sigismundo Rege ad Stephanum Palati-
num Valachie data Sawentio Miedzylesky Episcopo
Camenecen. et Georgio Krupsky Castellano Leopol.
ensi, in causa indignationis, quam conceperat erga
consiliarios, et subditos suos, ut illos in gratiam

suam recuperet, qui ex illius ditione ad Majestatem Regiam confugerat. fol: 231.

Bulla Traugarum Triennalium inter omnes Reges et Principes Christianos per Adrianum Papam VI. sub censuris Ecclesiasticis indictarum. fol: 251.

Instructio a Clemente Papa VII. ad Ungariam Antonio Pallavicini data, in quibus datur facultas, vasa aurea et argentea, aliaq; pretiosa Ecclesiarum et Monasteriorum Ungariæ vendendi, sive ex iis monetam ad Bellum contra Turcam cudendi. Permittit Clemente VII. vasa Ecclesiastica vendere pro defensione Regni Ungariæ. fol: 255.

Instructio ad Sigismundum Regem a Rege Daniæ et a Serenissima Dña Margaretha Archiduce Austriæ Gubernatrice Daniæ per Joannem Dantiscum explicanda, et parte ruptionis fœderum per Gedanen. quo Regnum Daniæ ferro et igne invasissent, et conjurationem cum Subcensibus et aliis Rnis Daniæ hostibus iniissent. fol: 281.

Oratio Joannis Dantisci Sigismundi Regis ad Carolum V. Oratoris de subsidio contra infideles Poloniæ et Ungariæ Rnis ferendo.

Articuli nomine Sigismundi Regis coram Carolo V.

Cæsare, per Joannem Dantiscum Oratorem propositi, quo-
rum primus est, de vi et potentia Turcarum et Tarta-
rorum, secundus de molimini bus Magistri contra
Regem Poloniæ. Tertius de inscriptione per Maximili-
anum Imperatorem Viennæ facta. Quartus de evocati-
(fol. 318. one civium Gedanen et Elbingen ad Cameram Impori-
alem. Quintus de hæreditate Neapolitana. Responsum
Cæsaris ad articulos per Joannem Dantiscum Orato-
rem. Propositos in scripto per Magnum Cancellarium
Datum. In primo articulo Regiam Majestatem ad
Pontificem remittit. In secundo studium et diligenti-
am pollicetur in componenda controversia quæ est in-
ter Serenissimum Regem Poloniæ et Magistrum Prus-
siæ. In tertio Fœderis confirmationem nunc fieri pos-
se negat, quod Orator in hac re nullum mandatum,
a Rege profiteatur se habere. In quarto promittit Ci-
vitatis Gedanensem et Elbingensem ultra suorum Pri-
vilegiorum formam, nullam molestiam a Camera Impe-
riali habituras. In quinto negotium Ducissæ Mediolani nisi
(fol. 319. per Suæ Decisionem, aliter finem habere non posse.

Mandatum Casaris in personam Ferdinandi ad inne-
vandum Fœdus cum Regno Polonia. fol: 336.

Responsum a Rege Sigismundo Nunciis Isabellæ
Ducis Barenæ qua postulaverat, ut Filia Regis Ducis
Mediolani in matrimonium locaretur, et ut Boventus
annuos in Ducatu Barensi, partim Servis partim ad
sua opera inscribere possit Regia Majestatis consen-
sum requisiverat. fol: 339.

Consensus Regis ut Dux Barensis posset inter
servitores Decem millia Ducatorum et Boventibus
Bari, distribuere. fol: 340.

112. 1524. 1525.

Ex Tomo Actionum Regiarum Septimo Annos Domini 1524 et 1525 continente.

Sublatis immunitatum antiqui Thelonei, et mandatur ut omnes Thelonia solverent, etiam si immunitates

fol: 22. concessas haberent.

Mercatoribus via praeclusa ad Silesiam. —

Decreta erat occlusio via in Silesiam et Marchiam Mercatoribus Missi fuerunt in Prussiam Archiepis-

Fol: 23. pus Gnesnen, Vladislavien, Culmensis, Episcopi Pala-tinus Calissiensis ad Fœdus conficiendum cum Ducibus

Fol: 29. Pomerania et Mekelburgensi.

Actum est fœdus per præditos Consiliarios inter Regem, et Duces Pomeraniæ, ea Conditione, ut sibi in vicem propriis impensis contra quosvis hostes

adesrent, præsertim vero contra Magistrum Prussiæ,

fol: 32. et Electorem Marchionem Brandeburgensem.

Legatio a Sigismundo Rege ad Adrianum Papam VI per Hieronymum Laski, prō confirmatione

fol: 37. Episcopatus Plocensis.

Legatio Regis ad Carolum V. Imperatorem per

Joannem Dantiscum, in qua persuadet, ut sopitis inter Christianos Principes bellis, illi et Regno Ungariæ contra Turcas et Tartaros opem ferret, et ut Jura ad Ducatum Barensem confirmaret. fol: 37.

Litera Clementis VII ad Basilium Ducem Moschorum, in quibus hortatur eum, ut fidem Catholicam amplecteretur promittens illi Diadema Regium. Clemens VII promittit Moschovi: Diadema Regium. fol: 45.

Responsum Regis ad Legationem Georgii Marchionis Brandeburgensis et Friderici Ducis Legnicensis ad Legationem, in qua petierunt, ut Regia Majestas cum Magistro Prussiæ rediret in amicitiam, hoc fieri posse Rex negabat, antequam hac de re Senatus consuleretur. fol 103.

Hoc anno mortua Isabella Ducissa Bari et Medolani. Mater Regina Bona, post cujus mortem datum fuit Mandatum a Rege Ludovico Mophio et Joanni Dantisco ad capiendam possessionem Ducatus Barensis et eorum omnium Dominorum, quacunq; ad Ducatum prædictum attinerent. fol 128.

Sub finem anni 1524 ad diem S. Thomæ indicto fuerunt Comitia eam potissimum ob causam, ut de

1524.

Bellis cum Turca et Tartaris, cum quibus jam induciæ
fol. 170. expiraverant consultaretur.

Misit Rex ad Conventum Terrarum Prussiæ Thorunii habitum, ut ibidem consulerent, utrum induciæ cum Magistro Prussiæ prorogandæ aut bellum renovandum.
fol. 178.

In hoc Conventu pro defensione Regni contributio
fol. 182. universalis, et taxatio Bonorum decreta est.

Plenipotentia data erat Georgio Marchioni Brandeburgensi, et Friderico Duci Legnicensi, ad tractandam pacem, inter Regnum Poloniæ et Ordinem Cruciferorum.

Pacis conditionis facta inter Regem Poloniæ et Magistru Prussiæ, Terre Prussiæ cedere debent in Feudum, non modo Magistro Prussiæ sed et illius Fra-
fol 234. tribus ejus.

Magister Prussiæ creatus est Dux a Rege Poloniæ Cracoviæ Privilegium, confecta Pacis et con-
fol 240. cordiæ inter Regem et Ducem Prussiæ factum.

Epistola Regis ad Summum Pontificem purgatoria, quod Magistrum Prussiæ in Ducem creaverit.

Względem na Pa-
pieża z stro-
ny Pruskiey zie-
mi. Fol. 269.

Missus fuerat a Rege Legatus ad Imperatorem Turcarum de-
faciendis in ser annos inducijs. fol: 276.

Franciscus Rex Galliarum fusus et captus a Carolo V. Imperatore. Franciscus Rex gallorum capetus. ao 1524.

Allatus fuit Sigismundo Regi a Clemente VII pontifice
gladius et pileus per Consalvum de Sangro. fol: 287.

Petitio Dacis Prussiæ a Sigismundo Rege ut cum Lu-
dovico Rege conveniret, cum Joachimo Electore fœdus an-
tiquum renovaret, et Filiam suam illius Filio in Ma-
trimonium collocaret, et ut Fratrem suum Vithelmum
in curiam reciperet, et Ducissum Masovie cū parte
aliqua vel toto Ducatu illi in Matrimonium traderet. fol: 295.

Rex Ludovicus respondet Joanni Kamkowski Nun-
cio Regio, de stabiliendo statu utriusq; Rni, de mitten-
dis ad Papam Oratoribus, de transigenda pace in-
ter Imperatorem et Regem Galliarum, petens, ut Si-
gismundus Rex in Olomunez Ludovicum convenirent. fol: 300.

Mandat Rex Joanni Dantisco Oratori, ut cum a Rex Polonia pro-
tendit se jus ha-
bere Mediolani
et Cremonæ
Fol: 306.
Francisco Sforcia Jure impetitus fuerit, de Ducata
Barensi Cæsarem rogaret, quo uno et eodem Judicio
etiam de Ducatu Mediolanensi et de Civitate Cremona

coarcaret.

Sigismundus Rex gratias agit Carolo Imperatori, quod jussisset sibi restituere Ducatum Barensem, tamen quo hæc restitutio firmior evaderet, petitut et Rex
fol: 305 Barensis sibi traderetur.

Significat Dantiscus Regi, quas conditiones obtulerat Imperator Ducissa de Alenchon Sorori Regis Galliarum, nimirum, ut tres milliones auri pro Damno bellico daret, et cum Romam ad coronationem proficiscenti comitaretur, Burgundia restituta, Filiog, suo Delphino pro obside cavoret, sed eas conditiones
Fol: 321. Galli recusarunt tanquam inhonestas.

Rex recepit in ordinem aurei vellaris. Fol: 329. Rex Sigismundus ab Imperatore Carolo V. est aureo vellere ornatus, et sententia universi ordinis istius.

Respondet Rex Literis Ordinum Terrarum Prussiæ, qui petebant, ut Thorunensibus Emporium restitueret,
fol: 331. quod Rex certis de causis negavit.

Mittit Rex Commissarios Thoruniam, ut seditionem inter Plebem et Consules Ortum sopirent, et tum Consuli de Plebejis quam Plebejs de Consule justitiam

administrarent. fol: 335

Comittit Rex negotium Castellano Gedanensi Balinskii ut Mariaburgi de Sutheranis supplicium sumeret.

Datum est responsum Gedanensibus a Regia Majestate illorũ constitutiones nec approbare nec rejicere posse, antequam in conspectũ suum fuerint allatæ. fol 332.

Mittuntur a Rege Commissarii Gedanum, ut ibi tumultus inter Consules, et Forbor exortos sederent, quod non fecerunt totum enim negotium Judicii Regis commissum fuerat. Tumultus Gedani fol: 341.

Longa serie verborum, quam Apologiam nominat, vere, omnem tumultus in causa Religionis facti causam in Magistratum ostenderant, et rejicerant, quoniam post habitam concionem Sutheranorum consules correptis armis Forum occupaverant, affirmabant tamen omnes, jam post tumultum excitatum, in amorem et gratiam redisse. In secundo parte Legationis petunt a Rege ut Emporium sibi adjudicatum in Favorem Thorunensium sibi non adimatur. fol: 366.

118.

Ad tam prolixam legationem respondet Thomicius nomine Regio.
Aliter sibi Regia Majestas de illis persuasum habebat,
fol: 372. tantum enim hic verbis subjectionem R.M. declaratis, re
autem ipsa nihil eorum hactenus fecistis, quæ vobis
a Regia Majestate injuncta fuerant, cum religua alia,
tum de fide Catholica observanda, quare ut commodio-
rem dictis suis responsionem haberent jubet Regia
Majestas ut se intra hoc tempus Cracovia continerent.

Petit Consilium Rex a Consiliariis quid sibi in ne-
gotio Gedan. sit faciendum, et exponit omnibus, quæ
fol: 373. cum his acta sunt.

Mittit Cricius Episcopus Premislien. deliberatio-
nem suam super legatione Gedanensi, et suadet ut
responsio Regia, quacunq. illa futura sit, severitatem
fol: 375. præseferret, et alia ibi sequentia.

Postquam Rex a Consiliariis edoctus fuit, in ne-
gotio Gedanensi illis dare responsum jussit ubi
authoritates sacræ scripturæ, quæ pro confirmando
errore suo adduxerant, doctissime Thomicius in
legatos et errores illorum retorsit. Argumenta

illorum, et ut melius aliquid in ea re constitui posset in Conventum Generalem negotium rejecit, Legatis interea Cracovia manere jussit.

Mandat Rex Gedanensis communitati, ut quorum Cives Authores istius seditionis ad se mitterentur, et bona illorum confiscarentur, praterea tres Concionatores illorum sub pana Banni, et prohibitione importandi rerum venalium. fol: 359.

Epistola Regia Majestatis ad Cives Gedanen. qui propter insolentiam plebis fuerunt adacti ad abdicandum se Magistratu in qua Regia Majestas persuadet eis ejusmodi abdicationem nihil eorum bona fama et existimationi, cum apud externos, tum apud Domesticos nocere posse. fol: 393.

Decretum Regium, in quo Cives, qui tam ulla Plebis Senatu amoti fuerant, omnis seditionis immunes declarantur. fol: 399.

120.

Ex Tomo Actionum Regiarum Octavo Annum Domini 1526 continente.

Sub finem Anni precedentis, qui erat 1525 indictus fuit Conventus Generalis Poloniæ in Oppido Petrikow ad quem Rex Senatu Literis in principio hujus Tomi
fol. 2. positis, convocaverat.

Hunc vero Conventum Generalem præcesserunt de more Conventus Particulares ad quos Rex Legatos miserat, cum ejusmodi legatione, audiebat Tartarum Rex, cum quo nullum fœdus nulla pax constituta fuit, et adornari se summavi, summisq; conatibus adoriendi Regni Poloniæ, illudq; igni et ferro longius latiusq; populandi. Deinde etiam, alia difficultas in Prussia occurebat, quod status omnes illius Provinciæ hæresi Lutherana depravabant. Rustici
Chłopski Tumult w prussech
Fol: 5. prætextu Evangelicæ libertatis, adversus Dominos suos arma sumebant Domos et Curias eorum cremabant, his itaq; malis ut remedium ferri possit Regia Majestas Conventum Petricoviæ indixerat.

Decreta Conventus Petricovien. hæc fuerant. Imprimis ad coercendos Tartarorum impetus Milites Marcenarii designati, in quos servandos Exactio et contributio juxta antiquam consvetudinem ad duos annos constituta fuit deinde propter magnum defectum monetæ propriæ Decretum erat per universum Senatum et Terrarum Nuncios, ut ex reliquiis contributionum Anni præteriti moneta nova Grossorum Ternariorum cuderetur. Postremo constitutum fuit, ut Rex Conventum Mariæburgi pro estinguendo ex Prussia Lutheranismo indiceret fol: 19.

Articuli per Plebem Gedanensem conscripti. fol: 21.

Citatio contra Gedanenses propter Lutheranismum ad Petricovviensem Conventum

Comparentibus coram Regia Majestate in Comitiis Petricovien. Nunciis Gedanensibus, errores ac excessus suos agnoscentibus et veniam petentibus, Decretum fuit ut Terminus ille Gedanen. dictus ad Comitia Mariæburgi celebranda, produceretur. fol: 24.

122.

Sigismundus Rex finito Conventu, exivit Petri-
covia Cracoviam et postea Cracovia contu-
lit se in Prussiam ad Comitia Mariaburgi
fol: 25 celebranda.

Profuiscenti Sigismundo Regi Mariaburgum,
occurrit Legatus Ducis Prussiæ Episcopus Pome-
sanien, qui in sua legatione declaravit spon-
salia inita per Illustrem Ducem Prussiæ cum
Filia Serenissimi Regis Daniæ, et postulavit
nomine Ducis, ut ejus Majestas, has nuptias
sua præsentia honestare dignaretur. Ad hanc
legationem ita responsum fuit, satis compet-
tum amicuig esse potest, quantis negotiis Ma-
jestas Regia involuta sit hoc tempore in Regno
et aliis Dominiis ita ut vix ad componendos
hos motus in Prussia cripere se potuit qua
propter nequaquam id præstare potest ejus Ma-
fol: 26. jestas quod Illris Princeps postulat.

Joannes Franciscus Episcopus Sinaven, Le-
gatus a Summo Pontifice ad Ducem Moschovia

componendæ pacis inter Regem Poloniæ et ipsum Ducem missus fuit. fol: 30.

Instructio data a Rege Nuncio summi Pontificis de negotio pacis cum Moscho: fol: 30.

Oratores a Carolo V. Imperatore Romano et Ferdinando Archiduce Austriæ, prætextu quidem et specie tentandæ inter Regem Poloniæ et Moschum concordiæ, quod palam præseferebant ad Ducem Moschorum per Poloniæ Regnum fuerunt missi. Verum longe aliud fuit illis per Principes illorum demandatum, nempe ut Moschorum Ducem contra Regem Poloniæ incitarent, ne Rex Poloniæ Bello Moschovitico impeditus, posset Ludovicum Ungariæ et Bohemiæ Regem Nepotem suum copiis suis auxiliaribus contra Turcam, qui cum ingenti Exercitu, in Ungariam adventabat, adjuvare: quo et facilius Rex Ludovicus sic destitutus periret et Ferdinandus Ungariam & Bohemiam quod semper votis omnibus cupiebat, hac data occasione invadere et occupare posset. fol: 52.

Decretum Regium in Comitiis Mariaburgen. inter Episcopum et Nobilitatem, Civitates et subditos, fol: 35. Terre Culmen. super solutione Decimarum.

In Comitus Mariaburgi celebratis, constitutum fuit ut Rex Sigismundus Gedanum proficisceretur.

Missi sunt itaq. Gedanum imprimis a Regia Mte Insignes Consiliarii ad disponendam et preparandam pro Regio adventu Civitatem, Mathias de Drze, vica Cujavien. ac Gedani Episcopus, Joannes de Lathalice Episcopus Posnanien. Christophorus de Szydłowiecz Castellanus et Capitaneus Cracovien. Regni Polonia Cancellarius. Lucas de Górka Castellanus Posnanien. et Majoris Polonia generalis Capitaneus. Stanislaus de Koscielecz Palatinus Posnanien. Andreas de Thomczyn Palatinus Sublinen. Joannes Chojenski Archidiaconus Cracovien. cum nonnullis aliquot aliis Consiliariis, et cum his una ducendi Equites viri Sagaces et rei bellice periti, propter Regis et Legatorum Authoritatem, et ad vim, si qua fieret pro- fol: 37. pulsandam.

Ubi post aliquanti temporis ipsorum Consilia-
rorum cum Gedanen habitos tractatus, prædispos-
tag, pro Regis adventu Civitate, Rex ipse cum multo
Senatorum Comitatu, et universæ Prussiæ nobilita-
te, Gedanū venit, et recta ad Ecclesiam Majorem ex
equo descendit. Cui Ecclesiam cum maxima populi
frequentia ingresso. Orationibus et gratiis Deo ejendis
opera data fuit. Quibus finitis Rex ad Prætorium
Urbis est deductus, ubi locus Residentiæ ejus Maje-
statis et publici consilii erat. Quo accitis fuerunt,
tam exauthorati illi, quam novi per seditionem ore-
ati Proconsules Civittis, scabini reliquiq, Magistra-
tus, et præcipui Civittis, viri ac Seniores Populi, ubi
in terribili illo Judicio et accusatione Optimatum Rex in geda-
Urbis, et inquisitione diligenti et Testium deposi- nen animad-
tione et seditiosorum per torturam examinatio- vertit gra-
nem capitalium Criminum, reos comprehensos, viter.
alios ultimo Capitis supplicio affici jussit, ali-
os ut minus reos in Oppidis Prussiæ commora-
ri quidem permisit, interdicto tamen eis Gedani

ingressu. Alios ad vincula et carceres perpetuos damnavit. Religiuo ex tota Prussia proscripsit, et ad hunc modum Civitatem suam seve illa tumultuantium purgavit. Religionem autem Sanctam Catholicam in pristinum statum redegit. Ecclesias aperiri, adornari, et ex his ablata reponi manda-

Rex Religionem Catholicam Gedani in locum sui restituit.

vit. Sacerdotes, Monachos, Monialos, reduxit. Urbe ac officiis dejectos Civitati ac honoribus restituit, et in Trono Regali, in Foro urbis extructo in diademate et Clamide aurea confidens, Magistratus Urbanus denuo creavit, et Jus jurendo ab illis, et a cunito populo sub Throno stante, et elatis in sublime dextris juranto solenniter recepit. Ad eundem Modum Elbingi Thorunii Braunsbergii alq3 in aliis Civitatibus Prussiæ actum erat. Responsum a Sigismundo Rege Polonie Alberto Duci Prussiæ Godani, supra excusationem, quod Regem venientem in Terras Prussiæ non exceperit.

Additio nonullarum Prærogativarum Dñi

Prussia ultra priores ei concessa ibidem Gedani. Eod.

Responsum Ducis Prussia de dote Matris Marchionum. Fol: 49.

Protestatio Regis contra Gedanen. Fol: 56.

Edictum Regis de non legendis libris Lutheranis. Fol: 57.

Statuta et Ordinationes per Regem in Civitte Gedanensi pro eius bono tranquillo, et quieto statu et ordine facta. Fol: 59.

Constitutiones militarem et Civilem ordinem totamq; Terram Prussia concernentes. Fol: 66.

Confirmatio Privilegiorum Civitatis Gedanensis. Fol: 70.

Donatio perpetua Oppidi et Bonorum Stolo Civitati gedanensi una cum vectigali, quod a Mercatoribus in porta Gedanen exigitur. Fol: 71. Ra liberalis orga Gedanen: ist nicht subjaret executioni.

Contributio Decennalis Regi per gedanenses instituta.

Concessio tertii Denarii Vectigalis Pfachlgeld ad sex annos Civitti Gedanensi. Fol: 73.

Contractus de solvenda, Dote retenta Marchionibus Brandeburgensibus. Fol 87.

Feudum super arce Bytow, et Lauenburg Ducibus Pomerania. Fol 87.

Literæ a mandata Regia ad reformandum statum

fol: 96. Civitatis Elbingen. et religionem restituendam.

Facultas Commissariis data ad restituendam Religio-

fol: 100. nem et Civitatis statum reformandum Elbingi.

Restitutio Religionis et Ordinatio Civitatis Brun-

fol: 101. bergensis.

Commissio ad reformandum statum Civitatis Tho-

fol: 106. runensis.

fol: 130. Edictum adversus hæreticos.

fol: 131. Renovatio Edictorum contra hæreticos.

Mandatum ad coercendos et puniendos Lutheranos

fol: 133. in Districtu Gostinensi.

Avocantibus Regem ipsum negotiis Regni et Tartarorum in Terras Russiæ excursione Rex Sigismundus Gedano Mariæburgum se contulit, postea Mariæburgo audita morte Stanislai et Joannis Ducum Masoviæ, in Masoviam se recepit, et eam in possessionem accepit, Corpori Regno Poloniæ veluti membrum, jam diu avulsum restituit ac, coptoq; ab illis Provincialibus jure jurando Cracoviam rediit.

Masovia Regno Polonia unita. –

Stanislaus et Tanussius Duces Masovie die 8a, septima Mensis Augusti Varsavie obierunt ambo veneno perempti ambo etiam uno Sepulchro in Ecclesia S. Joannis Collegiata Varsavie sepulti. Ultimi Duces Masovie quomodo mortui.

Salvus Conductus Joanni Alanseee Italo Apothecario Plocensi qui a cunctis culpabatur de veneno Ducibus Masovie subministrato. Fol: 146.

Deductio e Chronicis Dlugossii Masovie Ducatum semper fuisse partem Polonie Regni. Masovie sem fuit pertinens Polonia Fol: 152.

Juramentum præstitum per subditos Ducatus Masovie in Arce Varsaviensi Sigismundo Primo Regi Polonie. Fol 154.

Promissio de confirmandis privilegiis in proximo Regni Conventu omnibus statibus et ordinibus Ducatus Masovie. Fol: 155.

Bona in usum fructum concessa Anne virgini Sorori Ducum Masovie ad tempus ejus connubii Eod:

Confirmatio Privilegii Civitatis Varsaviensis. Fol: 157.

Confirmatio Privilegii Oppidi Lomza. Eod:

Mortuis Ducibus Masovie Stanislao et Tannssio

nulla jam Masculini sexus stirps remanserat, supe-
rerant tantum duæ stirpis hujus sorores, altera
Báthory Szwagier Mazowiec. Sophia, quæ Palatino Hungariæ Báthory nupse-
rat, altera Anna Virgo quæ adhuc in Masovia ma-
nebat Conjugit itaq; Palatinus Hungariæ ad Ludo-
vicum Regem, petitq; ab eo ut pro Sophia Conjuge
sua et Anna Sororibus apud Regem Poloniæ inter-
cederet, velit eas in possessione Ducatus Masoviæ
qui ex jure successionis ad eos pertinet relinquere.
Ludovicus Rex Ungariæ a Turcis cæsus. Quam ob causam Rex Ludovicus Oratorem suum
præpositum Colocensem ad Regem misit, qui pri-
usquam expediretur, venit fama Regem Ludovi-
cum esse victum, et occisum cum exercitu suo
fol: 178. a Turcis.

De conflictu Ungarorum cum Turcis ad Mo-
hacz, Historia Stephani Brodorici Ungari Epis-
fol: 199. copi Sirmiensis.

Occiso Rege Ludovico a Turcis Rex Sigismun-
dus Oratores suos, Andream Cricium Episcopum
Premisliens. Stanislaum de Sprowa Castellanum

Bucensem in Ungariam ad Conventum Electionis novi Regis qui tum in alba regali celebrabatur, misit ut mutuis Consiliis, bono statui Regni Hungaria provideretur. Qui antequam ad locum electionis pervenissent, Rex Electus et coronatus fuit Joannes Comes a Scepusio Palatinus Transylvania, ad quem isdem Oratores Legatione juncti sunt Cujus legationis haec summa erat. Primum narrabant se hue a Rege eam ob causam allegatos, ut una cum statibus hujus Regni de ejus bono statu consultarent. Deinde commissum etiam sibi esse dicebant, ut si soluto Conventu et Rege creato venirent nihilominus Regem electum adirent, atq; hunc novum Regiminis aspicem nomine Regiae Majestatis gratularentur. fol: 225.

Joannes in Regem Hungariae eligitur.

Instructio Oratoribus in Hungariam euntibus. fol: 226.

Fridericus Dux Legnicensis admoneriat Regem per literas de Jure ex Bulla Aurea sed se portinente ad affectandum Bohemiae Regnum.

Quam ob causam Sigismundus Rex Oratores suos

ad status Bohemiæ qui tum ad Electionem novi Regis convenerant, ablegavit qui eo admonerent ne contra Jus Regium quod habet et Jure Aurea Bel. le in creando Rege aliquid statuere velint. Quid autem fol: 222 in hoc negotio actum sit. Jemus hæc n habuit.

Ferdinandus Rex Bohemiæ

Ferdinandus Archidux Austriæ in Regem Bo. hemiæ electus pro obitum Ludovici Regis iis conditionibus.

neptis Rakuzkie sororis

Primum obligavit se de solvendis ære proprio de. bitis. Regni. Deinde de adscribenda in perpetuum Au. fol: 224 stria et aliis suis Provinciis Regno Bohemiæ.

Post electionem Joannis Palatini Transylvaniæ in Regem Hungariæ Ferdinandus Rex Bohemiæ ele. ctus. Legatos suos ad Regem Poloniæ misit, cujus le. gationis hæc summa erat. Primum conquestus est Ferdinandus de Joanne Electo Rege Hungariæ, cum se contra Deum, honorem, ejus, omnemq; aqui. tatem et justitiam in Regni Hungariæ hære. ditatem quæ ad se et tenore quorundam Contra. ctuum inter Cæsarem Maximilianum et Regem

Vladislaum electorum spectat, intrusisse deinde rogat, ut sua Majestas in quam Caesar Maximilianus et Vladislaus Reges singularem confidentiam ut in Fratrem habuerunt, hujusmodi ardua negotia animo perpenderent, super quo nobis suum Fraternum, atq; adeo Paternum Consilium impertiret, et ad suscipiendum pro nostra et Conjugis nostro justitia Regnum Hungariæ auxilio et assistentia sua nos nequaquam deserant, Postremo petit ut sua Majestas Oratores ad coronandum se in Regem Bohemiæ mittere dignaretur. Fol. 243.

Responsum a Sigismundo Rege Poloniæ ad legationem Ferdinandi Electi Regis Bohemiæ. Primum se dolere et tam miserabili interitu Serenissimi Domini Ludovici Hungariæ et Bohemiæ Regis, deinde quod ejus serenitas a Majestate sua postulat, ut sibi consilio et auxilio adesset ad Regna Hungariæ et Bohemiæ assequenda Majestas sua favit semper et animo tum Caesareæ Majestati, tum ipsi Serenissimo Principi Ferdinando

ita ut debet et nunc Majestas sua intellecta Electione illius Serenitatis in Regem Bohemiæ magnam cepit voluptatem et illius Majestati animo gratulatur. Ubi cum illius Serenitas consilium a Majestate sua optat, id consulit et suadet, ut ejus serenitas adniteretur, quo Regnicolæ Hungariæ unanimi voto et sententia Regem eligerent, et scissio omnibus modis evitaretur, ne ad extremam calamitatem, hac quoq; domestica non minus noxia accederet, quem casum Majestas sua vehementer dolens, Oratores suos ad Regnicolas Hungariæ misit, ut cum pax et concordia sit potissimum necessaria, modis omnibus curarent, quo unanimibus votis Regem eligerent, et quæ

Fol. 249. salutis sunt amplectarentur.

Legatio Henrici Regis Angliæ ad Sigismundum primum Regem Polonie in qua hortatur Regem ut ad Regni Hungariæ defensionem Turcos sevissimum Imperium reprimendum, una cum aliis Principibus Christianis consilia actiones q suas

conventoret. Fol: 252.

Joannes Dantiscus Orator a Sigismundo Rege Poloniæ ad Carolum V Imperatorem cui hoc injunctum erat, ut apud Cæsarem Majestatem pro viribi ageret, quin Arx Barensis cum sua possessione Majestati Regiæ restitueretur. Fol: 258.

Hoc Anno pax inter Carolum V. Imperatorem et Franciscum Regem Galliarum constituta. Fol: 268.

Joannes Dantiscus in negotio sibi a Rege commisso tale Decretum a Cæsare detulit, ut Arx Barensis Reginæ Bonæ restitueretur, Regiaq; quinq; Viros ex Nobilibus et Patriciis illius Regni, Vice Regi Neapolitano præstentaret, qui in unum ex eis nomine Cæsaris consentiret, ab eo Juramentum acciperet de non tradenda arce in manus hostium. Fol: 301.

Exemplum supplicationis Joannis Dantisci ad Carolum V ut Decretum de possessione Baren. si in executionem deduci committeret. Fol: 313.

Commissio ad Vice Regem de tradenda arce Barensi Fol: 314.

136. 1526. c.

Mandatum ad Ferdinandum de Marchon Pro-
jecto Arcis Barensis, ut Castrum Barense Perso-
Fol: 314. næ a Bona Reginæ Electæ dimitteret. Ed.

Ex Tomo Actionum Regiarum No. no Annum Domini 1527 continente.

Anno 1527 Conventus Regni Generalis indictus fuit Cracovie pro Festo Epyphaniarum adquem Consiliarii de more convocantur. Legati et Conventus particulares missi, a Regia Majestate Causas Comitiorum exposituri. nempe a Tartaris recenter acceptam dadem, a Turca imminens periculum qui Hungariam caso Ludovico occupaverit, ac eo successu elatus Poloniam quoq; sibi destinaverit. Proinde mature cogitare et providere defensionem Regni oportere, qua proxime transactis Comitiis cum de reformatione Iurium ageretur, satis infirma sit constituta.

In his quidem Comitiis contributio, taxatio fundorum admodum onerosa fuerant Decreta Ordinatio quoq; conducendi militis facta. Via in Silesiam propter evitandam falsam monetam Swidnicensem preclusa et interdictu, ac ea quæ a Valachia adferebat bannita, antiqua Thelonea ejusdem Conventus

Taxatio Fundorum fol. 12. fol. 27.

fol: 34. authoritate sublata.

Tartari fundunt a Constantino. Interim nunciatur Tartaros opera Constantini fusos ac victos esse, inde magna fit gratulatio et lætitia, cuius Regia Majestas Summum Pontificem et Joannem

fol: 37. Regem Hungaria per literas certiores reddit

Proceres Ducatus Masovie in Comitiis superiorus transactis Regiam Majestatem petierant, Filium creari in Ducem Masovie, sed negatum illis erat, ob etatem nundum confirmandam Filii illudq; aditum non esse, cur Ducem creari optent cum Regem benignissimum, qui eos ad. inter aliarum Provinciarum Polonie prudentissime regat haberant. Preterea rogabant ut Jura et Privilegia salva et illibata serventur quod benigne pollicita est Regia Majestas, deinde ut animadverteretur severe in eos, qui mortis Ducum Masovie reperti fuerunt consii sed hoc suspensu in aliud tempus ut Judicia more solito celebrarentur, ut fines Masovie circumquaq; terminentur, ut vice gerens crearetur quod se facturam

Regia Majestas pollicita fuerat. fol: 39.

Decretum Regia Majestatis, ut famina in Ma- In Masoviá
sovia defficiente stirpe mascula succederent in etiam fämi-
Bona Paterna Jure hæreditario. ne hæredi-
tant. —

Fœdus inter Sigismundum Regem Polonia et
Petrum Palatinum Moldavia constitutum. fol: 45.

Episcopus Scarensis qui a Clemente Papa VII. le-
gatus in Moschoviam componenda, inter Sigismun-
dum Regem et ipsum Ducem Moschovia, pacis
causa missus erat Mg^s inde pace relata, rediens
ad Majestatem Regiam divertitur, petens a sua
Majestate eandem pacem coli, et sanctissime serva-
ri, cui responsum erat, grato admodum animo
sanctissimi Dñi salubres conatus et hoc stu-
dium fovendæ pacis Regiam Majestatem accipere
atq^z maxime optare, ut eandem curam et cogitati-
onem in conciliandis Regibus Hungaria et Bohe-
mia, qui sibi essent infestissimi adhibere di-
gnaretur. fol: 57.

Mg^s vero ipsa Serenissima Majestas Regia

in hoc negotio perficiendo egregia sua opera defuit. nam Christophorum de Szydłowice Palatinum Cracoviensem ad Ferdinandum Regem Bohemiæ destinaverat gratulatum imprimis de Summa Regalis Dignitatis accessione a Bohemis illi oblata deinde Regiam Majestatem suppetias dare non posse Regi Ferdinando contra Joannem Regem Hungariæ nunciaret. Qui non satis contra Tartaros infestissimos hostes suos Præsidium haberet, hortaretur ut potius amice et quietis consiliis quibus se se ultro Rex Hungariæ offerebat quam armis experiri velit, propter communem universæ Christianitati imminens periculum. Addoret illud Majestatem Regiam Jus prosequendi Regno Bohemiæ habere non tamen illud sollicitari ut qui pacem et tranquilitatem pluris faceret quod si qua mentio de Ducatu Zatoriensi, Siewieriensi, Oswiecimensi per Ferdinandum facta fuerit, ut ratione dotis Elisabethæ inscriptos esse diceret. Postremo

Rex Sigismundus contra Joannem denegat Ferdinando auxilia. —

Jak też Rakuszanie

Rex in cujus [illegible] amator. —

negotium Barense commemoret, illudq; cura Ma-
jestatis suæ commendet. Fol: 64.

Ad Principes Germaniæ in Conventum Im-
perialem Ratisbonæ congregatus Andreas de
Gorka de mandato Regio missus; munere fun-
gitur Oratorio, ubi primo exponeret vim et po-
tentiam Turcicam, quam assiduis bellis affli-
cta Regna Hungariæ et Poloniæ, diutius sus-
tinere nõ posse referret subsidium et sup-
petias implloraret, maxime vero ut inter
Principes Christianos præsertim Ferdinandum
Bohemiæ Joannem Hungariæ Reges discordi-
as tollere et ad concordiam reducere studerent,
nomine suæ Majestatis admoneret. Fol: 79.

Neq; vana et irrita fuit hæc legatio, qua
factum ut inducie 15 dierũ inter hos Reges
statuerentur pacis et concordiæ tractandæ
causa quæ per Oratores cujusq; Communium
missos componenda et transigenda fuerat. Fol: 84.

Dum hæ aguntur Adveniunt Legati Regis

Hungaria, qui legatos suos subsidii causa contra Turcas petendi ad Ferdinandum missos in gratissime susceptos fuisse quæsti sunt. Præterea significarunt Duces Bavaria persuadere conari Prnssmo Regi ut bellum susciperet adversus Turcas offerentes semper eidem paratus suppetias ferre cæterosq; Kondycye. Principes Germania, ut idem facerent adducere; Insuper consilium rogabant super conditionibus a Ferdinando pro sui contentatione propositis, quarum prima fuit, de concedenda sibe, re Moravia et Silesia, quæ jam tum adhæserat Regi Ferdinando et Summa 400000. Secunda ut si Regem Hungaria sine Prole contigisset decedere Regnum ad Ferdinandum et Successores ejus relaberetur, postremo, ut in eo negotio arbitor potius quam compositor esse velit. Secretior autem legatio uti ex responso Pizy iawnym poselstwo tajemne. Regio conjicere licet, hæc erat.

Primo significabat Rex, se delectum Exercitus fecisse, quod si ad reprimendam vim sufficerit

implorare auxilium Turcicum decreviſſe. Deinde conſtituiſſe Filium ſuo Majeſtatis ſibi adoptari, ac de Filio itidem illius elocandæ seriam cogitationem habere. Ad quam legationem responsum est, optare Majestatem Regiam tempus induciarum, pro negotio tam gravi perficiendo prorogatum iri. Verum cum inter utrosq; Reges id convenerit curaturam se, ut eo temporis spatio difficultas hæc decidi poſſit, placere quoq; se Majestati quod delectum Militum Sereniſſimus Rex haberet, tanquam paratus vim vi repellere et dignitatem, subditosq; suos tueri. Caterum displicere Majeſtati suæ Consilium de implorandæ opis Turcarum, cum inde ingens malum Christianis Principibus metuendum foret, gratam quoq; eam voluntatis significationem Regiæ Majestati esse de adoptando Filio suo. Sed cum ipsa sine Consiliariis quidquam hac in re statuere n poſſet, non indigne ferre Majestatem illius, quod nihil ad eam clausulam Legationis responsi daret

quod autem Majestati Regiæ fuerit cura Seremissima Hedvigis Filia, Majestati suæ magnas habere gratias Majestatem Regiam ac omni studio,

fol: 106. et pari Officio referre polliceri.

Adferunt litteræ Dantiscæ apud Cæsarem Oratoris Regii in quibus notata dignissimum est quod cum de Barensi Ducatu cum Consiliariis Cæsaris, contulisset inter cætera hoc eodem modo ad sopiendam litem usum esse significat.

Rakuszanie do Maxur się przywom ozywali. Nempe ut Rex Poloniæ respectu et intuitu Moraviæ et Prussiæ, quarum Ius ad Imperium pertineret, Ducatui Barensi renunciaret, ac Homagium ratione Provinciarum earum faceret Ca-

fol: 106. sari.

Eo quoq; tempore Nuncium de crudeli vastatione et funesto excidio urbis Romæ per Milites Ca-

fol: 108. sarianos facto, fuerat allatum.

Subinde Legatus venit Regis Hungariæ petitum, suppetias adversus Regem Bohemiæ Ferdinandum qui responsum erat Majestatem Regiam

plurimum dolere nullum ab eo Regno Hungaria subsidiū dari posse, cum ob pacta Regno Polonia et Bohemia interdicentia, tum ob imminens a Tartaris periculum, precari ut boni consulere et interpretari dignaretur. fol: 121.

Ferdinandus per literas significat Sigismundo Regi se Joannem Hungaria Regem expulisse et Regnum ab illo hucusq; injuste usurpata recuperaviſſe. Joannes e Regno pel. itur. — fol: 141.

Sub idem tempus adveniunt Legati Joannis Regi Hungaria implorant opem adversus Ferdinandum quibus responsum erat, nec posse nec licere Majestati Regiæ utriq; parti se adjungere, sed potius sumopere curare, ut inter utrosq; tanquam necessarios et confederatos, pacem componere posſit. Polliceri tamen has preces referre ad Ordines Rni, si quod illis ferendum auxilium videretur. ad ordines fol: 149.

Eodo: Anno Cricius et Przemisliensi ad Plocensem Episcopatum erat avectus. fol: 150.

Mittuntur Legati a Rege ad Conventum Varsaviensem

fol: 162. Masoviis inditum, tractaturi de unienda Masovia Polonie Regno
De ratione Moneta cudendo aliquot literis et una
legatione Dux Prussie cum Regia Majestate egerat,
ad quod negotium terminandum indictus erat conven,
fol: 172. tus Elbingi

Seguñt Epistole R. Commendatitie, petitorie
expostulatorie de evocatione Gedan, et Elbingensium
ad Camoram Imperialem.

Ex Tomo Actionum Regiarum Decimo Annum Domini 1528 continente.

Sub finem anni 1528 institutus fuit Conventus Generalis Petricovia ad diem S. Catharina Virginis, ad quem universi ordines Regni Polonia literis convocati fuerant, eas potissimum ob causas. Videbat S. R. Majestas nullus secum Imperatore Precopensi constitutas habere induncias, imo irritatus videbatur, ob dimissum Casarem Zawolgensem adversarium suum. Praterea cernebat Hungariam bello deflagare, quare verebatur, ne propinquitate incendii aliquid detrimenti subditi sui caperent, et ideo defensionem finium, ex consensu omnium statuere volebat. Cum autem animadverteret Regia Mtus n medivore presidium in Masovia ad defensionem publicam, qua Jure Feudi, post obitum Ducum suorum ad Regnum Polonia sit devoluta, mittuntur Legati, qui hanc Juris devolutionem proceres Masovia decerent, et ad campes. senda publica munia, tanquam unius corporis membra cum Regno Polonia invitarent. Duo si abnuerent

Przez Traktaty z Mazurzy. —

Majestatem Regiam adversus illos, tanquam subditos

fol: 10. contumaces processuram.

Sposób bardzo dobry. Contributio universalis in eo conventu decreta erat, ex qua milites in Russiam pro quantitate Contributionis, ex singulis Palatinatibus sunt conscripti.

Ordinatio tandem facta est a sua Majestate de cudenda moneta Svidnicensi, et de cussione grossorum et aureorum in Regno Poloniæ.

Mazurowie Nuncii Masoviorum cum limitate potestate ad Comitia venerant, ubi nihil ex utilitate Reipubli-

fol: 30. cæ constitutum erat.

Propter haresim via silesitana clauditur. — Occlusio via in Silesiam decreta erat, ne et Lutheranismus et moneta Svidnicensis in Poloniam importari possit.

Mittit iterum Regia Majestas Legatos in Masoviam ut eam contributionem, in defensionem publicam, quam Poloni obtulerant, non recusarent vel si eam negarent, saltem eam conferent, quam Ducibus Masoviæ præstare solebant.

Pruss: Incepit Rex Ducem Russiæ qui ad mandata

Regia Decimam dare Episcopo Vladislaviensi voluit. fol: 34.

Venit Legativ a Petro Palatino Valachia potens ut
fœdus, quod inter Regem et illum percussum fuerat,
Majori Sigillo obsignaret. Præterea rogabat. Illem
Regiam, ut se pecuniis juvare designaretur, dicebat
enim Thesauros suos exhaustos esse propter ma-
gnum Tributum Turcæ quotannis prendi solitum.

Ad ea Regia Majestas respondit, fœdus se obsigna-
turum, sed pecunias dare non posse, propter continua
bella, quibus Thesaurus exhauritur. Præterea tum
solebant Reges Poloni Palatinus Valachiæ juvare,
quando illis erant subjecti, nunc autem alia est re-
rum species.

Rex dedit responsum Legato Regis Hungariæ, de
præfecto copiarum, videlicet Duce prussiæ, illum n posse
egredi finibus suis, cum sciat multas sibi tendi a Fol: 49.
Germanis ob desertam religionem insidias. Præterea Hung.
cum Germanus sit, milites germanos haberet, qui
non bene cum Hungaris convenient. Supplicias da-
re non posse utriq, ad conficiendam tamen pacem,

Fol: 53. operam omnem prastituram.

Austry. Advenerant Legati Ferdinandi Regis, orantes no-
mine Regis sui, ne adversario illius suppetias mit-
teret.

Ferdinandus prætendit jus Maso-via. — Præterea ut Ferdinandum Regem in Masovio jure suo uti permitteret, offerebant quoq; operam Dŏmi-
ni sui, in conficienda pace cum Moschorum Duce
et Rege Polonia, petebant quoq; Matrimonium Filia
Regis Polonia, pro Filio Regis Ferdinandi etc.

Ad ea Rex respondet, se nolle immiscere alienis,
præsertim Christianorum Principum bellis, neq; si vel-
let, dare suppetias ŭ posse, propter Domesticos ho-
stes. In Masovia quoq; Regem Ferdinandum nullum
jus habere dicit, cum sit unum corpus cum Regno
Fol: 55. Polonie.

Carolus V. Imperator purgat se litteris Regiæ
Majestatis, quod illa, quæ acciderant Pontifici et
urbi Romanæ a militibus suis se inscio et in-
vito acciderint

Scribit Rex Pontifici Clementi VII, condolens tum

ipsius Pontificis, tum urbis Romanæ calamitati. fol: 59.

Ad ea respondet Pontifex et gratias agit, ob of-
ficium prestitum, tam in gratulando, quam in
condolendo. fol: 60.

Datum fuit a Rege responsum Gedanen. si
Rex Daniæ ad oppugnandam Urbem venerit, se
illis n. defuturum. fol: 63.

Joannes Dantiscus mittit Regi Tractatus Gal.
lorum cum Imperatore

Instructio, conscripta Legatis Poloniæ Regis ad
Ferdinandum Regem ituris, de tractanda concordia
inter Joannem Regem et illum. fol: 90.

Joannes Rex Hungariæ a suis proditus et fol: 99.
Ferdinando profligatus et ea clade Camienicu- Joannes
am est delatus. Camien. venit.

Tomicius petit a sua Majestate, ut Joannem Re-
gem pulsum, in suis Dominationibus manere per- Hung.
mitteret, et cum Ferdinando Rege de ineunda concordia
tractaret.

Concessus est salvus conductus Regi Joanni fol: 134.

cum 300 Equitibus in Polonia commorandi.

Consilium petit sua Majestas a Tomicio, quid respondendum censeret Ferdinando Regi, qui roga-
bat ut Joannes Rex receptum in Polonia non
fol: 135. haberet.

Respondet Sigismundus Rex Oratoribus Regis Joannis de suppetiis, de induciis cum Turca per
fol: 136. Laski fact: deq; Matrimonio Hedvigis Filiæ.

Mittitur Legatus ad Regem Joannem, qui ra-
tionibus suis eo Regem inducere est jussus, ut hostili animo et armis abjectis ad concordiam ani-
mum adjiceret, et a Turca petendis subsidiis re-
fol: 139. vocaret.

Missus est Orator ad Ferdinandum, cujus lega-
tio fuit in cauq sententium.

Idem Orator Petrus Opalinski missus est ad Conventum Generalem Imperii, qui Principibus Germaniæ exposuerat, quantis calamitatibus sint exposita Regna Hungariæ et Poloniæ propter continuos hostes, quare petiit suppetias nomine

Regis sui, utq; Principes aliquod medium conciliandorum Regium invenirent, idq; maxime Christianæ Reipublicæ causa. Fol: 146.

Dominus Laski denunciavit bellum Ferdinando Laski bellum Ferdinando denunciat Fol: 161.

Conqueritur Ferdinandus de multis nobilibus Polonis, qui palam favebant rebus Regis Joannis. Fol: 164.

Conqueritur Rex apud Tomicium de Laski, qui se invito et sine authoritte Regis indutias cum Turca constituisset, quem etiam Turcos, Tartaros, Valachos, adversus Ferdinandum concitasse significabat. Laski invito Rege Indutias cum Turca fecit. Fol: 169.

Mittit Orator Castellanus Sublinen. ad Turcum pro impetrandis induciis in decennium, eiq; Oratori mandatum fuit, ut descenderet ad Palatinum Valachiæ, cumq; fœderis admoneret, et si quæ de hostibus Poloniæ præsenserit, Regem ipsum moneret. Valach Fol: 184.

Respondit Rex Legato Ferdinandi, se illi

suppetias adversus Turcas dare ñ posse, propter
fol: 214. ictum fœdus proximum.

Lenarstwo na rozru chy. — Datum est responsum Oratori Imperatoris Re. gia Majestatis vehementer dolere, quod tanta bel. fol: 219. la excitata sint, inter Principes Christianos, quæ sedari non possunt, nisi convocato Generali Consilio.

Venit Legatus Regis Ferdinandi, quæstum de nobilibus Polonis qui militaverunt adversario suo, cum Rex Polonia neminem eo stipendia me. riturum polliceatur. Cui responsum ejusmodi datum

Simplex sed aptu Responsum fuit. Germanos Ferdinandi subditos proprios, ac. pe adversus illum militare, ñ miratur igit, cum
Fol: 224 sit tanta licentia temporum etc.

Mittit Instructio Opalinio Oratori apud Ferdi. nandum Regem, qua purgat Regem falso esse de. latum, quod Joannem Regem et consilio et auxi. lio juvaret etc.

Mittit Opalinski responsum sibi datum a Ferdinando, in quo declarat, se nolle arma

deponere. Arguens multis in locis Regem Polonia non
servantem Pacta nec promissa. fol: 226.

Ex Tomo Actionum Regiarum Undecimo Aūm Dñi 1529 continente.

Hoc Anno indictus fuit Conventus Regni Generalis Varsavia celebrandus, die vero S. Trium Regum destinatus. Hanc ob causam ut eo commodius et facilius nobilitas Ducatus Masovia cum Regno uniri et consolidari possit. Qui quidem Conventus absente Rege per Consiliarios solummodo et Nuncios omnium Terrarum actus est, commorabatur enim tum Rex in Lithuania multis et gravibus implicatus negotiis.

Præcesserunt itaq hunc Conventum more soleto Comitia particularia, Masovia Ducatui Varsavia instituta, quorum causa Sigismundus Rex ad eum ipsum Ducatum jam Varsavia congregatum,
fol. 4. Legationem hanc expedivit.

Cum autem præstitutum tempus celebrandis Generalis Conventus jam in ipso limine esset, confluentibus Varsaviam omnibus Ordinibus et

statibus, tum Regni quam etiam Ducatus. Hasvia
hac sequens legatio a Rege per Nicolaum Tomicki,
Castellanum Gnesnen. et Stanislaum de Tenczyn
Succamerarium Sandomiriensem fuit missa. In
qua primum Rex causa absentiæ suæ exponit, qui-
bus detentus Conventui Varsaviensi præesse n̄
potorat. Consultatio enim illum ipsum, in negotio
defensionis Ducatus Lithuaniæ, nondum perfecta
et conclusa remorabatur. Valetudo imbecillis,
propter defluxum gucndum a capite in coxa dolorem
intensum generantem detinebat, demum supplicationes
etiam crebræ precesq; assiduæ Consiliariorum.
Lithuaniæ, ne ipsos ac negotia ipsorum incepta,
præsentia sua orbata, relinqueret, magnopere fla-
gitabant. Deinde rogabat, ut hanc absentiam illi-
us æquo animo ferre, bonisq; consulare velint. Ad
postremum precibus, monitionibus intermistis dili-
gentissime cum illis agabat, ut pro gratia Majesta-
tis suæ Regiæ, progq; amore Reipublicæ et communis
hujus Patriæ diligenti studio et cura in hoc incumberent,

quo facilius Nobilitas Ducatus Masovia ad Corpus Rñi
prendaq; aquammiter cum Regno onera portrahatur, si
multq; ut etiam tuendi et defendendi Regni bona
atq; utilis aliqua ratio deliberationibus eorum inveni-
fol: 9. atur et statuatur.

Legationis pars a Rege et Lithuania missae per
Cubicalarium ad Consiliarios in Conventu Varsaviensi
consultantes, in qua Rex inter cetera Senatui signi-
ficat, quod propter multas differentias inter Confines
subditos tum Regni, quam etiam Ducatus Masovia
et Lithuania ortas (qui multiplicibus querelis
Regiam Majestatem de injuriis invicem sibi ad
limites istorum Dominiorum illatis onorabant:)
designaverint quosdam Commissarios ex Ducatu
Lithuaniae, qui proximo vere conspecturi fuerant
limites et cogniturii, atq; adjudicaturi injurias
subditorum, cum illis quos in Conventu proximo
Petricoviensi ex Regno deputaverat, aut si Consili-
ariis viderentur alii designandi, hoc in arbitri-
um illorum reposuerat. de qui fuerint Commissarii

signati, reperies Fol: 27 Fol: 46.

Petrus Tomicius Episcopus Cracovien. Joanni Bo-
ioński Archidiacono Cracoviensi apud Regiam Ma-
jestatem in Lithuania Vice Cancellarii munus obe-
unti, inter cætera et Conventu Varsavien. scri-
bens, hæc inseruit Domini Masovienses inquit
post multas controversias et tractatus, utrinq;
diu factos, bonis jam tandem conditionibus ad com-
munem nostram et perpetuam cum Regno con-
junctionem accesserunt. Unio per-petua Ma-soviorum cum Regno Polonie Fol: 30.

Et paulo post hii idem Tomicius Stanislao Bo-
rek scribens eadem repetit. Imprimis inquit Dños
Masovienses ad unitatem Regni, et ferenda æquani-
miter cum regnicolis onera defensionis reduximus.
Deinde defensionem Regni contributarium decre-
vimus, quo Mercenarius miles confinia Regni tu-
tius custodire melius q; tueri possit. Fol: 32.

Litera Universales, quod Ducatus Masovie
ad onera Regni accesserit. Fol: 34.

Legatio a Senatu Regni Polonie missa ad

160.

Regem Sigismundum in Lithuania tum agentem et
fol: 41. Conventu Generali Varsaviensi.

Qua quidem legatione Senatus Regiam Majesta-
tem certiorem facit, quid in eo Conventu actum con-
clusum, quidve ob absentiam illius Majestatis in-
fectum fuerit, cum præsertim id plerumq; accidat,
ut omnes deliberationes et actiones publicæ, ni-
mium difficiles et implicatæ absente Rege, veluti
Directore sententiarum esse soleant. Ad extremum
rogabant Consiliarii Nunciiq; Terrarum omnes sup-
plicabant, ut Regia Majestas maturum et tem-
pestivum tempus futuri Conventus in Regno celebran-
di dare et designare, ad illudq; ipsa Lithuania de-
scendere velit. Multa enim negotia injuriaq; ante
Senatum decidenda et disjudicanda allata fuerant,
quia ob ipsius Regis absentiam in adventum usq;
ejus manebant rejecta. Inter quas et querelam
Rondi Dñi Episcopi Cujaviensis, quam in Pome-
rania Duces, totamq; nobilitatem fecerat, ob non
solutionem Episcopatium, redditumq; ad Ecclesiam

Vladislavien⁹ spectantium in adventum Regium distu-
lerat Senatus fol: 48.

Commissum praterea fuit et demandatum a
Senatu Dominis oratoribus, ut cum Dominis Lithua-
nis nomine suo praterne agerent, quo paria cum
illis Dominiorum tuendorum causa locarent in fi-
nibus præsidia. fol: 51.

Quod sæpius Incolæ Rni a Rege efflagitarunt, ut
curare dignaretur Decanum Lithuaniæ Regno unire,
quo melius Tartaris resistere, illosq; finibus arcere
possint. Id Tomicius ad Offm suum pertinere ra-
tus, Regi induxit hæc ejus in memoria ut ille
subditorum suorum flagitationes expendens, utili-
tatiq; Dominiorum suorum consulens, ejus quoq;
rei cum Consiliariis Ducatus Lithuaniæ, inter
cæteras de publicis commodis disceptationes
mentionem facere possit. fol: 108.

Literæ quibus Terræ Sandom⁹ nobilitas mo-
neretur, ut contra Tartaros arma capiat sub
nomine Petri Tomicii Episcopi Cracovien⁹ et Regni

162.

Polonia Vice Cancellarii et Christophori de Szydlowiecz Castellani et Capitanei Generalis Cracovien, fol: 126. ac Regni Polonie Cancellarie prolata.

Cedes nostrorum p Tata, ros facta Fol: 127.

Duce Tastowiczio nostri ab ingluvie Tartarica astu et dolo circumventi, misere cesi fuerunt.

Petrus Tomicius Episcopus Cracovien, Regi Sigismundo in quadam Epistola de Christianissimi Regis Galliarum Oratore hec significat. Dominus inquit, Antonius Rincon cum vocata a Rege Ioanne hinc discederet retulit mihi ea se in mandatis a Rege suo ad Mttem vestrum attulisse, ut prius salutem nunciaret, inviseretq; Mttem Vestrum Serenissimum. Deinde ut declararet benevolentiam, amorem et animum fraternum, quem singularem et sincerum erga Mttem Vestram semper habet et gerit, quodq; apud se statuat, si ei in amore et benevolentia respondere Mttas vestra, amicitiamq; suum cum illis conjunctione copulare et firmare voluerit, velle in singulos annos sublevare Mttem Vestrum ad arcendos

Francuz chciał dać Turkom naszemu. –

propulsandosq; hostium conatus, duodecim millibus aureorū.

Ad Regem autem Hungaria Joannem se propterea emissum esse dixit, ut ille nomine Regis sui adsit. Cui etiam num aliquid pecuniarii subsidii se apportare dixit &c. Rex Sigismund. a gallo solicit. ut ad fœdus secū. in eundō fol: 133.

Rationes Alberti Gastoldi cur Judices in Lithuania more Polonico nō sint constituendi. Hos enim Regina Bona volebat ad instar Polonorum Judicum constituere. fol: 148.

Responsum pro Judiibus in Lithuania instituendis Rndi Dñi Joannis Chojenski Archidiaconus Cracovien. fol: 150.

Legatio a Sigismundo I Rege Polonia ad Conventum Terrarum Prussia Elbingi indictum missa. In quo quidem Conventu (ut in hac patet legatione) deliberatum fuit: cum de cæteris reba Reipublicæ R.P. et Terrarum Pr. necessariis, tam præcipua collatis consiliis, et deliberationibus, cum Legatis Ducis Prussia, ad hæc ibidem missis, de ratione

cudenda moneta in utraq; ditione, tam sua. Mtis
quam Illustris Dñi Duxis videlicet quo valore et
fol. 186. estematione ac forma nummus percuti debeat.

Litera universalis Sigismundi Regis. de constitu.
fol. 204. enda moneta illusq; valore.

Ex Tomo Actionum Regiarum Duode-cimo Annum Domini 1530 continente.

Sigismundus primus Rex Polonia, tradito jam Magno Ducatu Lithuania Serenissimo Filio suo Sigismundo Augusto, magnopere cupiebat adhuc illum in Regium Fastigium sublevari, seq; vivente Regem Polonia nominari. Quam ob causam universo Regno Polonia Conventum Generalem Petricovia ad initium anni hujus 1530 indixit celebrandum, quem incepturus ex Lithuania summa hyeme venit, ubiq; ab universo coetu consiliariorum ac Equitum Polonorum, Filio in Regem Polonia electo constitutaq; Rei defensione, Conventum ipsum Petricoviam propter actum coronationis Serenissimi Filii Cracoviam transtulit. Legationem vero hanc, qua sequitur coram Rege Senatuq; de Republica in Comitiis Petricovien Consultante Jacobus Szczygnicwski Orator Joannis Regis Hungaria, quam in excusationem Hieronymi Laski attulerat, exposuit. In quo primum retulit

Sigismundi augusti in Regem Polonie eligit.

Zygmunt august królem obrany i koronowany —

primarium causam fuisse tanti Exercitus Turcia in Hungariam irrumpentis Regis Ferdinandi, Caroliq V. Cæsaris tumentes ac superbia plenas literas, quibus studio passim sparsis, non solum in pugnam Cæsarem Turcarum provocabant: verum Belgradum illi ipsi e manibus brevi seminabantur extorsuros. Hisitaq literis offensus Imperator Turcarum ingentem contra illos eduxerat Exercitum, a quo multas clades tam in hominibus cæsis qm in direptione Bonorum Austria passa fuit. Hungaria tamen precibus humillimis Joannis Regis, meta fuit liberata. Prodierat enim in occursum Joannes Rex Hungariæ Turcarum Tyranno enixissime petens, ab illo ut Regnum Hungariæ benignitate sua a meta præsentis periculi, quod Exercitus ejus minari videbatur, liberum efficeret, quod a Turca humili prece facile obtinuit. Deinde in congressione illa, quærebat Turcarum Cæsar a Joanne Rege Hungariæ an Polonia Rex subsidia aliqua contra Ferdinandum e. ex promissione in fœderibus

sibi facta:) aliquando tulerit cui respondit: se nun-
ym a Rege Polonie Presidia habuisse. Quamo-
brem jussit illum Turcarum Cæsar, legationem
ad Regem Polonie expedire que illi ipsi referret
Imperatori Turcarum, minum ad modum esse quod
ex promissione in fœderibus expressa Joanni Regi
contra hostem illius ñ ferat auxilia. Postea quid
sibi Rex Polonie responderit, intra decursum tri-
um mensium, sibi ut nunciaret, scrio ab illo
postulavit. Sub finem legationis hujus inter
cætera excusationem Hieronymi Laski posuit
illum diligentissime insinuans gratiæ Majesta-
tis Regiæ.

Hic autem Orator dum oratorio munere in
Polonia fungeretur, subita postea ægritudine
correptus, vitam exhalavit. Quod Petrus Tomicius
Episcopus Cracovien, in epistola quadã ad Lu-
cam de Gorka Castellanum Posnaniensem,
Majorisq; Polonie Capitaneum generalem scripta,
refert.

fol: 11.

168.

Sigismundus Augustus Filius Sigismundi Primi Regis Polonia. Magni Ducis Lithuania etc. vivente Patre Electus in Regem Polonia in Conventu Gene-

fol: 15. rali Petricoviensi.

i w domowej Electyi brata wyminka P. P. Radni. Fol: 17. Qualis munera data sint Consiliariis Regni in postulatione Sinismi Filii in Regem Polonia et Episto-lis duobus sequet.

Andreæ Ciciii Episcopi Vvocensis Oratio, in postu-lat: ad Regnum Sigismundo Augusto Electo Rege Po-

fol: 21. lonia Cracovia.

Excepti Regis Sigismundi primi in Ecclesia Cathedrali Cracovien. per Petrum Tomicium

fol: 26. Episcopum.

Coronatio Sigismundi Secundi Regis Polonia. In qua quidem coronatione meminit Gorscius hoc accidisse, dum inquit, Rex recens coronatus in Throno illo Urbis residet, Avis quadam nisso si-milis, Pustutka lingua Polona nuncupata, qua mores capit ac insostat supra Thronum in alto volitabat. Quod augurium apud intelligentes non

non satis gloriosi futuri ejus Imperii existimatum fuit. fol: 27.

Obligatio Filii Regis Sigismundi Augusti Regis Polonia quod veniens ad annos ætatis suæ legitimos Jus jurandum faciet ad Jura subditis servanda. fol: 29.

Sponsio Bonæ Reginæ pro Filio Rege, quod Jura subditis suis servabit. fol: 30.

Pomerania Duces feudum suum prastabunt Sigismundo Augusto Regi Polonia, cum ad ætatem legitimam pervenerit. Feudum Pomeraniæ. Fol: 31.

Excommunicatis in Joannem Regem Hungaria a Clemente Papa VII per Italiam, Germaniam, Hungariam, Bohemiam publicata. Clemens VII excommunicat Joannem Hungariæ Regem. Fol: 34.

Epistola Joannis Regis Hungaria ad Clementem Papa VII Pontificem Romanum. Qua purgatoria ei quodammodo ex doloris stimulatione vehemens esse videtur. fol: 37.

Monitorium Pontificis Romani adversus Joannem Laski Archiepiscopum Gnesnen propter nepotem qui Turcos in Hungariam adduxerat. fol: 41.

Responsum a Sigismundo I Rege Polonia Joanni

de Lasko Gnesnen. et Lencziciensi praeposito, oratori Regis Hungariae. In quo inter cætera ad petenda auxilia Regi Hungariae contra Ferdinandum sic fuit respon. sum: Quod inquit pertinet ad petenda subsidia: licet jam multoties Majestas sua satis abunde declara. vit Serenissimo Regi Hungariae tamen ipsamet il. lius Majestas id plane intellige potest: quibus rati. onibus cogatur Majestas sua neutralis etiamsi esse ab hoc bello, propterea quod utrig parti fœde. ribus necessitudine et affinitate juncta sit, quodq bellum hoc modis omnibus diuauerit et concordi. am et pacem summo studio procuraverit. Cujus con. silio si in alterutram partem declinaret pro. fol: 59. cul dubio occasio et spes omnis præriderentur.

Caroli V. Imperatoris Romani Elect. ad Hispa. nos, de suo in Italiam discessu Oratio. fol: 60.

Romuli Amasæi de pace Oratio, habita Bononiæ in coronatione Caroli V. Rom. Imperatoris Electi et Principum inter se reconciliatione. Carolus V. coronatur. Fol: 63.

Confœderationem Venetorum cum Pontifice Cæsare

Rege Bohemiæ Duce Mediolani Stephanus Broderi-
cus Episcopus Sirmien. in Epistola quadam ad Tomicium
scripta refert. fol: 44.

Legatio a Sigismundo Primo Rege Poloniæ ad Re-
gem Joannem Hungariæ data Dño Opalinski Custodi
Posnaniensi Canonico Cracovien. ut nunc Mittis Regia
illum hortaretur, ut ad concordiam ineundam pacem q3
cum Ferdinando faciendam, animum voluntatem q3
suam inclinaret fol: 48.

Huic legationi responsum fuit per eundem Orato-
rem, qui retulerat Joannem Regem propensum ad-
modum esse, ad ineundam concordiam et pacem cum
Ferdinando, modo ut hæc ipsa pax et concordia non
alibi in loco quam in Regno Poloniæ tractaretur. As-
serebat enim Vratislaviam huic rei perficiendæ, ne
esse locum convenientem, idq3 multis idoneis ac ne-
cessariis rationibus. Tempus etiam negotii hujus
perficiendi, mittendorumq3 in Poloniam Legatorum suo-
rum ad Festum Divi Jacobi Rex ipse Joannes pro-
rogari voluit fortasse propterea, ut ad tractationem

concordia Orator ipsius a Cæsare Turcarum redire posset, quem ex arbitrio Regis Poloniæ in Turciam mittere decreverat, scisitare cupiens, quid etiam Turcarum Imperator de hac ipsa concordia sentiret, est autem hoc responsum positum.

Ioannes Dantiscus Bononiam ad Tomicium Episcopum Cracoviensem scribens, hæc verba Epistolæ subjunxerat: Quid factarum sit de pace nuper facta inter Pontificem, Cæsarem Venetos, Ducem, Franciscum Sforstiani, nescio. Ea quæ inter Cæsarem et Regem Angliæ paulo ante fuit confecta, jam incæpit expirare. Rex enim ille repudiavit Conjugem suam et amitam Cæsaris, nec, dicit, se curare hac in re Pontificem cum habent duos Primates et Legatos natos in Regno suo; asserens eos tantum habere facultatis, quantum Pontifex. Vereor, ne isti novi motus aliquid tale etiam inter Cæsarem et Regem Galliæ pro tempore solutionis, quod instat pro Martio futuro efficiant. Hæc ille.

Król Anglii ab obedientia Pontificis descivit.

Król angliy wypowiada posłuszeństwo papieżowi piorunuy walykanu.

Ioannis Dantisci Sylva Elegiaco carmine conscripta,

Sua Inducias Polonicas cum Turcis susceptas de-
fendit. fol. 87.

Sequuntur Litere Sigismundi Regis Polonie,
Ferdinandi Regis Bohemie, Georgii Ducis Saxonie,
Joannisq; Regis Hungarie, vicissim ad se scripte,
quibus Serenissimus Rex Polonie inter hos duos
Reges de Regno Hungarie secum certantes, concor-
diam et pacem stabilire ac perficere conabatur.

Serenissimus Rex Polonie Montorium in Prima- Archiepiscopi
tem Regni sui, a summo Pontifice, missum non Ergo Rege in
solum citendere noluit, verum illud Romam vito parum
remisit asserens Primatem Regni sui, Jurisdicti- profitiunt
oni suæ non subjacere. fulmina Pon-
tificis. —
Fol. 106. 133.
Zygmunt nie
dopuszcza aby
Montorium z
Rzymu nadeszłe
zamknąć głoszono i
zwraca Rzymowi
twierdząc że pry-
masa władzy S. S.
nie podlega. —

Epistola Civii Episcopi Plocen, ad Sigismundum
Regem Polonie, et qua facte liguet, illi injunctum fu-
isse. Nuncis discernendarum Limitum et injuriarum
inter Masovie et Prussie Terras.

Sequuntur Dantisci Epistola ad Sigismundum Re-
gem Polonie et ad Tomicium Episcopum dum apud
Carolum V. Oratorio munere fungeretur, satis longe

ac variis de rebus scripta.

Memoriale a Dantisco Cæsari datum, in quo re-
fert originem Fratrum Hierosolymitan: Ordinis
Teutonici, quomodo in Prussiam a Conrado Ma-
sovia Duce ex Germania accersitis in auxilium
fol: 163. contra infideles Pruthenos devenerunt. –

Plenipotentia tractandi concordiam inter Ferdi-
fol: 190. nandum et Joannem Reges Hungaria.

Plenipotentia ad tractandum Matrimonium in-
fol: 191. ter liberos Sigismundi et Ferdinandi Regum.

Krol jedna Rokroznam. na o wzgor. ska. koron: Instructio a Sigismundo Rege Polonie data
Legatis et Commissariis Posnaniam missis, in
iisdem negotiis quæ in superioribus Plenipotentiis
Fol: 192. sunt expressa.

Justum volumen epistolæ Legatorum, qui Posna-
niam fuerant missi ad Sigismundum Regem Polo-
nie, qua referunt, quid cum Legatis Ferdinandi et
Joannis Regem, in negotiis sibi commissis ab illis
fol: 210 Tractatum ac per factum sit. –

Induciæ unius Anni inter Ferdinandum et

Joannem Regem per Oratores et Legatos Principum ne, diatorum facta et composita. fol: 237.

Tractatus Matrimonialis inter liberos Sigismun, di et Ferdinandi Regum. fol: 238.

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonia ad Conventum Mariaburgen, missa, in qua enume, ratis aliquot periculis et difficultatibus, Domini, is suis imminentibus, ut maturius sibi et subditis suis opportuno Consilio provideret Co, mitia Petricovia pro Festo S. Andreæ Apli in, stituis celebranda, in quibus ne Majestas sua quidquam inconsultes prius illorum Domi, nationibus statuere velle videretur, præser, tim quod ad res istarum Terrarum pertinet, hortari illus, ut istii prius inter se conferant et consulant quo pacto Majestas sua his omnibus periculis et novi Magistri conatibus resistere et providere deberet. Domum ad ipsa Comitia Petricoviam se conferant consulturi illic cum Majestate sua et aliis Prus Consiliorüs

176. 1530.

Regni, de his omnibus, quæ necessaria ac opportuna
fol: 256. viderentur.

Ex Tomo Actionum Regiarum Tricesimo Annum Domini 1531 continente.

Sub finem Anni 1730 indictus erat Generalis Conventus pro Festo S. Andreæ Apti in Oppido Polri. cui adquem Consiliarii convocantur, deliberatu. fol: 4.
ri de avertendo incursionis Tartaricæ periculo. Tum etiam Palatinum Moldaviæ infenso Regiæ Mttis hoste, maxime vero, ne quid piam adversi Terris Prussiæ, quas tum temporis Carolus V ut Carolo V ore. ab novus Magister Prussiæ
in Teudum creato novo Magistro dedisset accide, rit ad eum Conventum Legati Ducis Prussiæ adveniunt, petetum facultatem sive jus suf. fragii Duci Pr. et ejus Successoribus in elegendo Rege Poloniæ, ubi multis rativnibus a jure Imperiali sumptes et allegatis, id justum et æquum ce fierig necessario debere docebant, tum etiam periculi ingruentis a Magistro Prussiæ per Cæsaream Mttem recens creato, admonebant, quibus responsum est, Mttem Regiam

Rex Cæsaris Iuri nõ subest

Iuribus Cæsaris nõ subesse, neq; subditos suos ex præscripto illorum regere gubernare. De facultate vero eligendi Regis præsentibus Comitiis, cum admodum pauci convenerint Senatores, nihil certi respondere posse. Quod autem creatum Magistrum attinet, curaturam Majestatem Regiam, ne ipsorum Terrarum inde aliquod dispendium subori, ri queat Contributio in iisdem Comitiis pro defensione Rñi decreta. fol: 44.

Stanislaus Kostka Legationem ad Joannem Regem Hungariæ, nomine Sigismundi Regis obivit, petens, ut inducias cum Ferdinando per Legatos utr, usq; constitutas ratas, firmasq; habere velit. fol: 50.

Turcarum Imperator, tempus conficiendarum Rzicmia induciarum, inter Regem Hungariæ et Bohemiæ Fol: 58. prorogat ac Diplomate suo cavet.

Legatio a Sigismundo ad Conventum Lithuanorum Petro Firlejo Castellano Chelmen, data, in qua primum agebatur, de aliqua communi defensione contra vim Tartarum utriusq; Dominiũ

assidia in ferri solitam. fol: 42.

Veniunt Legati Ducis Prussiæ adferentes pe. nale. Mandatum cum citatione contra Illustrem Du, cem et Camera Imperiali productum, in quo jussus erat, intra octo hebdomadas omni Jure in Prussia, Valtero Magistro recato cedere, quod si hoc facere ne, gaverit ultra dictum tempus go die, peremptorie ad Came, ram Imperialem, sub pœna Banni comparere et se sistere. Itaq; consulunt Mttem Regiam, quid in eo ne, gotio sit faciendum, simulq; petunt, dignetur sua Mtas, causam hanc tanquam propriam promovere, missis ad ejus Cæsarem Majestatem suis Legatis, qui hanc injuriam usurpati Juris in subditum suæ Ma. jestatis factam solenniter quærerentur, et ne de ce, tero fiat, admonerent. Rogant præterea ut aqua. lem fieri valorem moneta Mtas ejus in Prussia faceret, quibus datum fuit respon. Mtti Regiæ cura negotium hoc fore, atq; jam constituisse Le, gatum ad Cæsarem Mttem pro impediendo et tollen, do Mandato ejus modi mittere Inhibitionem autem

180.

Illustrissimo Duci ne aliquam Jurisdictionem Imperialem agnoscerent, et Cancellaria sua proferre jussisse. Quod autem inæqualitatem Monetæ attinet, mandaturam Regiam. Item Consiliariis Prussiæ æstimationem pecuniæ auream et ad justam qualitatem reducere. His peractis Legatio a Sigismundo primo Rege Poloniæ ad Conventum Mariæburgensem missa. In qua ingruentia pericula a Turca Tartaris Valacho nunciabantur et propterea, ut in equis et Armis ad omnem occasionem parati sint, et nihilominus Tributum aliquo pro mercenario milite conferent, admonebantur.

Legati Regis Ferdinandi veniunt una cum Le-
Fol. 103. gatis Joannis Regis Hungariæ Strigonien, Vesso-
groden, Agriam et Kiesmerch arces in Sequestrum
Sigismundo Regi et Georgio Duci Saxoniæ traditurii,
quas non nisi durantibus Induciis, quæ unius anni
Inducia erant tenere debuerant certis sub conditionibus,
nempe ut quisq; Arces a se in sequestrum datas
victu sufficienti provideret, stipendia militibus
solveret, et aliqua tuta cautione de solvendo stipendio

prospiceret, Milites juramento sibi obstrictos solveret ac eosd Præfectis Arcium aliud præstare faceret.

Victoria de Valachis parte descriptio, cujus hæc Victoria de Valachis celebris.
ē brevis narratio Cum Joannes Palatinus naturali ac perpetuo quodam odio erga Sigismundum Regem affectus esset neq; aperte inimicitias denunciare atq; hostilia tentare auderet, viribus suis diffisus, Moschum, cujus fœdum cum Lithuanis jam jam exspirabat, in societtem belli Polonis inferendi, allicciendum statuit et ut id occultius perficere posset, Nuncium ad Regem Poloniæ mittit potens, salvum conductum por Dominia Rñi pro Legatis suis in Moschoviam ad coemendas pelles mittendis. Venim Rex Sigismundus id quod erat ratus, Palatinum Valachia Legatos eos gratia conspirationis faciendæ mittere decreviſse in eum sensum respondere jussit. Non licere id sibi absq; consilio Senatorum permittere, ideoq; ad futurum conventum eam deliberationem differre. Valachus eo magis exacerbatus, dum Oratores ad Moschum mittit, qui ad impetrandam Lithuaniam

cum adiutarent, et in societatem affligendi Rñi attra-
herent. Itaq; consilius rem ex sententia successuram,
illico Exercitu collecto Pokucie ingressus, longe la-
teq; populatur, atq; totam illam Provinciam oc-
cupat. Quod simul ac didicisset Rex Sigismundus
Legatos ad eum misit qui admonerent arguerentiq;
Palatinum nomine violati foederis, desertq; fidei.
Praterea in memoriam reducerent, ingentem da-
dem majorum ejus, qui simili injustitia Teatori-
um illud occupare sunt conati, neq; tamen cor-
secuti. Proinde mallet potius Dominiis excedere,
damna carere, quam Mtem suam ad profunden-
dum Sanguinem Christianum, a quo cuapte abhorret
accessere. Non tamen a proposito portorat abdui,
causas facti sui pretexens, quod solum illud Pala-
tini Valachie semper possiderint. Neq; contra fa-
dera facisse, cum ea non nisi cum Sigismundo primo
percuteret, multo ante unctus et coronatus succes-
sit. Itaq; cognito ejus obstinato animo, Sigismun-
dus Legatos ad Turcam mittit, qui victus a palatino

patratum deferrent Justitiam de eo tanquam ejus subdito administrari petierent. Qui quidem tale responsum retulerunt, Cæsarem Turcarum admodum acerbo fere fastu Palatini, qui se insscio bellum Mtti Regia inferre præsumeret, atq; illico per literas illi mandavisse, ut a proposito abstineret, damna caveret, et nisi destitisset, quavem indignationem insupplicium subituras. Accepto igitur Sigismundus responso et exploratam habens voluntatem Cæsaris cujus Valachis mandata pavvi faciebat, neq; terris excedere volebat, mox convitium propellendi hostis vindicandæq; injuriæ cepit, atq; Joannem Palatinum Rufoia consecrare militem jussit, qui sex millibus equitum, duobus peditum collectis ad Pokucie contendit, et cum jam prope adesset, levi armatura præmissa, hostilia præsidia deturbat, fugientem hostem prosequitur, finibusq; propellit. Valachus audita suorum clade furibundus exercitum viginti quatuor millium colligit, cum quo adversus Tarnovium progredit tandem cum ad Obertinum pervenissent

utraq; acies, a averso posita constiterant, ita ut si es-
sent conspicuo. Valachus paucitate nostrorum visa
eo magis animi ad in eundam pugnam sumerent.
Victus tamen a nostris ita, ut ipse Palatinus ac-
ceptis duobus valneribus ergo admodum mortis pe-
riculum evaserit. Capta in eo bello 30 Tormenta
bellica, tria vexilla, quæ Cracoviam sunt delata
eo Nuncio accepto Sigismundus Rex per omnes
Tarnovius triumphat de Vala-cho. — Ecclesias supplicationes fieri mandavit, paulo post
Dux ipse Tarnovius Cracoviam ingressus spoliis pro
se latis triumphavit.

Parta itaq; de Valacho victoria veritus Sigismundus
Fol: 173. ne inde Turca occasionem belli gerendi sumeret, ni-
hil cunctatus Jacobum Wielomowski ad Turcam mit-
Po zwycięstwie woiewodzkim Turka głaszoza. tit qui nomine Majestatis sua totum belli rationem
referret, ne sit calumniandi et mentiendi de Majesta-
te Regia aliqus locus. Praeterea diceret nihil Ma-
jestatem Regiam contra fœdera, quæ sanctissime
servasset commisisse neq; commissurum esse ac ut
eud Cesar Turcarum fœdera servare velit, nec eo

tumultu quidquam adversus illam factum existima-
ret, cum hostem latrocinantem non nisi finibus pro-
pulisset, Terram autem illius ne fœdus violari vide-
retur non attigit. Victoria moderatio Fol: 202.

Conventus Terrarum Prussiæ Mariaburgi celebra-
tur, in quem Majestas Regia Legatos miserat, qui
ponderis et valoris monetæ statuerent. Ad extremum
tributum aliquod propter subitum et repentinum
periculum, si quod fieri contingeret conferri per-
suadorent.

Ex Tomo Actionum Regiarum Quatuor decimo. Annum Domini 1532 et 1533 continente.

Sub finem Anni 1531. indictus fuit Conventus Generalis Regni Poloniæ Cracoviæ ad diem S. Nicolai
fol. 2. et usq; in anno 1532 finitus fuit.

Præcipua causa horum Comitiorum erat Wa, lachus hostis, non contentus insigni recens clade acceptâ, nihilominus novas denuo insidias adversus Mtem Regiam struere cæpit. Item et alius anniversarius hostis Tartarus in Regnum excursionem eo anno fecit, videns Mtas Regia tot periculis objacere Regnum considerans, non tantum sua in agendo industria, sed omnium etiam consilio et auxilio multum egere ut itaq; in suis periculis Consilium Regia Majestas tam a Consiliariis quam a reliquis subditis capere posset. Regni Con,
fol. 6. ventum Generalem Cracoviæ indixit

Albertus Dux Prussiæ miserat Oratores suos ad Regem Poloniæ ut sibi facultas concederetur

eligendi Regis, ad quam ita responsum erat: Libentissime
in hoc negotio gratificaretur Duci Prussiæ Regia Majestas.
sed nequaquam id præstare potest. Num Jura et Privilegia
Rni diligenter cavent ne quis alius Excellentioris Ordinis Dux Prussiæ
præter Consiliarios Regni Jus electionis haberet. Duces Regem Polo-
Masoviæ qui Filii erant Regii post obitum nia eligere
Patris neq; locum neq; vocem eligendi Regis habuerunt. n. pt. —
Item et Magistri Prussiæ, qui homagia Regibus et
Regno Poloniæ præstabant, non solum ut Principes,
sed etiam ut Consiliarii Rni, qui pari nodo loca, in
Senatu, obtinebant, hoc ipsum Jus electionis obti-
nere non potuerunt. fol: 9.

Legatio a Sigismundo Rege Poloniæ ad Ducem Prus-
siæ, ubi primum admonet Rex Ducem, ut de tollen-
do Banno curaret quod a Cæsarea Camera adversus
ipsum (: flagitante Magistro :) latum fuit. Dein
de narrat offendi nimis animos Consiliariorum et omni-
um Rni Poloniæ Indigenarum, quod Illustris Princeps
cum sit Fundatarius Princeps Rni Poloniæ, magnopere
ambiat Jus eligendi Regis, quod neq; illi concessum

est, neq; cuiquam Principi unquam, neq; in aliis Rñis

fol: 13. concoitur.

fol: 18. Apologia Alberti Ducis Prussiæ contra Bannum Imperiale. Litera Baronum Nobilium Regni Hungariæ in Knesche congregatorū ad status Rñi Poloniæ, in quibus significant se indixisse Generalem Rñi Conventum in Petrenchaida, ubi tractaturi fuerant, de conservatione Rñi Hungariæ, itaq; rogant, ut pro evitandis ultimis periculis, quæ non secus Regno Poloniæ ac illis ipsis imminent, Oratores suos ad dictum Conventum mitterent, qui rebus Hungariæ afflictis, consilio et auxilio esse

fol: 45. possint.

Valachia Tur. co tributaria Fol: 51. Tributa quæ ex Valachia annuatim dantur Imperatori Turcarum.

Palatinus Moldaviæ anno superiori Provinciam Rñi Podlicio appellatam invaserat, illamq; occupaverat. Quam Mtās Regia collectis exiguis copiis iterum recuperavit. Joannes Rex Hungariæ videns hanc dissensionem, Oratorem suum Præpositum transylvaniæ ad Regem misit, qui inter Palatinū

Valachia et Sigismundum Regem, si non ad aliquot, saltim ad Annum unum inducias constituerit, concessa itaq; fuerunt inducie annales cum Valacho. fol: 54.

Litere inducianum inter Sigismundum Regem Polonie, et Petrum Palatinum Valachie. fol: 56.

Palatinus Valachie inducias per Joannem Regem Hungarie constitutus, inter ipsum et Regem Polonie, suscipere recusat. fol: 60.

Querela in Capitulo Cracoviensi, contra Tomicium Episcopum Cracoviensem per Joannem de Tenczyn Castellanum et Capitaneum Sublinensem instituta. fol: 126.

Actus turbulenti Andree de Tenczyn Palatini Cracovien, Thasicio Subjudicio Cracoviensi Prussoviis in electione Judicis Cracovien descriptia. fol: 129.

Sententia Regis inter Palatinum Cracoviensem et Thasicium Judicem a Rege creatum per Joannem Chojenski Episcopum Premislien in Arce Cracoviensi pronunciata. fol: 131.

Reconciliatio Andree Tenczynii Palatini Cracovien cum Petro Tomicio Episcopo Cracovien. fol: 132.

190.

Legatus a Sigismundo Rege Polonia ad Joannem Regem Hungaria, ac ad Ludovicum Gritti Gubernatorum Hungaria, Laurentius Myszkowski Castellanus Biecen missus, qui in Aula Regis Joannis et in presentia Ludovici Gritti de conditionibus pacis et injuriis atq; damnis illatis cum
fol: 159. oratoribus Palatini Valachia transigeret.

Mandatum Laurentio Myszkowski Castellano Biecensi Oratori ad Joannem Regem Hungaria canti ad tractandum pacem cum Palatino Vala-
fol: 159. chia.

Instructio eidem Myszkowski qaibus conditionibus pax cum Valacho constitui deberet. Primum ut ateguam aliqua fœderis ratio incatur damna et injuria Majestati Regia et subditis ejus per Poloniam sartiantur. Deinde ne unquam hanc Provinciam Polucic Palatinus Valachia et Successores ejus vexarent.

Legatus ad Solimanum Turcarum Imperatorem Opalinius Magistor Curia Sigismundi Augusti

mittitur ad contrahendum fœdus inter Imperatorem et inter Majestatem ejus Regiam, Filiumq; ejus Dñū Sigismundum Augustum. fol: 175.

Legatus a Sigismundo Primo Rege Polonię ad Ferdinandum Romanorum et Bohemorum Regem. Nicolaus Sipczyc Stolito Aulicus Regius missus. Cui Mttem ejus impense rogavit, ut quamprimum ad sopiendum aliqua ratione bellum Hungaricum, concordiamq; et pacem cum Adversario suo Joanne Rege, aliquibus honestis mediis ineundam animum suum accomodare velit. Judicia Trimestres per Commissarios Joannis et Ferdinandi Regum in Negger constituta. fol: 211.

Anni Dñi 1533. memorabilia.

Ad initium hujus anni actus est Conventus Generalis id oppido Piotrkow qui literis sequentibus indictus fuit. fol: 229.

Causa ob quam hic Conventus celebratus fuit hæc præcipua extitit quod Palatinus Valachiæ in eadem contentia insolentię suæ, in qua et superiori

Anno persistebat. Coterum Turcarum et Tartarorum fides suspecta quadam modo videbatur, proinde maturo Consilio Regia Majestas his poriculis modoni voluit.

Postulata Ecclesiacum Ordinem ex Synodo Petricoviensi Primum ut nobiles praficiantur Ecclesiis Cathedralibus et Capitaneatibus in Regno. Secundo ut nulli alii nisi nobiles aliquo titulo insigniti promoverentur ad Episcopatus quorum.

fol: 238. cung Cathedralium Ecclesiarum Rñi.

Statutum Sigismundi primi de non suscipiendis

fol: 240. ad Ecclesias Cathedralis Plebeis.

Conventus Generalis conclusus n. fuit hoc anno, quia Nuncii nonnullarum Terrarum nempe Majoris Poloniæ non habebant plenariam facultatem ideo post solutum Conventum hunc invicta fuerunt Comitia particularia in illis Terris ad suscipiendas ea quæ in ipso Conventu erant constituta.

Comitia particularia post Generalia

fol: 243.

Postulata Nunciarum in Conventu Petricoviensi Terrarum Posnan Calisiensi Lencyczen Inowladis

Brosten Plocen Primum ut contributio de Bonis Spiritualium insimul cum pecuniis publicis disponsaretur addito spirituali Dispensatore Deinde ut si motiv publica contigisset, Domini Spiritu alos Bona Terrestria possidentes, simul cum nobilitate proficiscerent. Ad extremum cussio monetæ in omnibus Civitatibus, etiam Ducis Prussiæ cessaret.

Inač ze osobna szapowano. —

fol: 249.

Legatio Ducis Prussiæ ad Sigismundum Primum ubi inter cætera rogat Majestatem Regiam, ut sibi facultas eligendi Regis concederetur. Ad quam partem legationis sic fuit responsum. Jam aliquoties declaravit ejus Illustritati Majestas Regia, hoc esse adversus Jura et Privilegia Rnī quæ Majestas sua jurejurando manutenere promisit, esse quidem concessum Ejus Illustritati locum in publicis Conventibus et Comitiis, verum in electionibus non solum ipse Dux sed ne Reges quidem ipsi solent adesse, sed tantum hc in quos Jus eligendi Regis pertinet In ejus etiam Privilegio Ducibus Prussiæ concesso

fol. 254 nulla est mentio suffragii eligendi Regis.

Legatus missus fuit a Sigismundo Primo Nicolaus Działyński ad Magistrum Livoniæ qui postularet a Magistro, et ejus ordinis statibus, ut Vilhelmum Marchionem Brandeburgensem nepotem suum unanimi consensu et voluntate Capitoli, totiusq; nobilitatis Osiliensis in Livonia,

fol. 266. ad Episcopatum Osoliensem vocatum impodire nollet.

Fœdus cum Imperatore Turcarum per Do-

316. minum Petrum Opalenski allatum.

Vide Decretum Solimani Regis Sigismundo Primo Regi Poloniæ.

Ego Sultan Bajazetthi Filius qui fuit Sultani Solymi Filius tum Suleyman Sals Imperator. Tu quid inter Principes Christianæ fidei majores Rex Poloniæ, intelligas quod in præsens vestor doctus et fidelis orator, quem huc ad excelsum meæ Porte solium misistis, cui loco cæteri Magnates et Principes deerunt et vos quoq; hinc Vestrum et Filius vestor misistis, qui Filius omnibus est principibus Christianis fortunatior, quem vos in Regium locum Vestrum suffecistis et ejus causa

egistis, ut ad amicitiam, quam cum excelsa porta nostra longo tempore tenuistis, inter Filios etiam nostros descendentes observandam et firmandam Capitula Vobis in scriptura daremus. Quamobrem propter vos, qui estis Persona et multa experientia et provecta ætatis et propter observatam longo tempore inter nos amicitiam et benevolentiam mutuam, sicus præterito tempore fecimus retinebimus. Quod vero attinet ad Filios et descendentes, quorum meministis. Si ipsi Filii erunt boni et seguuntur vestigia Patrum, etiam sibi ipsis bene consulent. Quod vero postulatis, ut inter nos et Filium vestrum præsentem amicitia et benevolentia recipiatur, ob amorem vestrum sumus contenti hoc facere. Præterea Potentissimus Imperator Tartarorum ex nomine Sachephiereikan qui in felicissimo aula nostra crevit in militia et operationibus nostris asveuit, est hic nobis loco Filii, ei dimus, ut cum contracta inter nos et vos sit amicitia ipse etiam præstet, se vobis amicum, necesse tamen erit ut vos vicissim in amicitia ei

respondeatis et in hunc modum vos exhibeatis ne Tartari seu cognati, qui predicto Imperatori non obediunt, ab illo fugientes, receptum apud vos habeant neq; auxilium quod apud vos petierunt obtineant. Cum etiam et vos advenientes illos a Regno vestro arceatis et persequamini.

De Chara Bogdano et Valachis qui sunt servi et tributarii nostri si illorum aliquis ex timore Provinciam et Domicilium deseruerit ad vosq; pro recepta confugerit vobis dicimus ne illos recipere nec ad vos admittere velitis, imo providentes illis ejusmodi spem et occasionem asperum vos erga illos exhibebitis, ut non habeant causam istiusmodi consilia amplectendi.

Si super si quis suadente Diabolo in animum sibi inducat adversum vos inimici agere, ad vosq; pro conducendis Gentibus et comparando armorum apparatu, et sollicitandis Consiliis inimicitias adversum nos praeferentibus, cum vos et similes omnes nostro a Consiliis vestris et omni eorum

conatu prohibeatis, et habentes charam amicitiam
nostram eritis semper amicus amico, et inimico
inimicus, quoniam ex parte nostra amicitia erit
semper custodita et observata; per eum solum
verumq; Deum qui Celum et Terram creavit, et per
animam patrum et antecessorum nostrorum affir- Juramentum
mamus. Quod ex parte nostra erit semper et firme Juramentum Imperatoris
observata amicitia et bona pax.

Ex Tomo Actionum Regiarum Quindecimo Annum Domini 1534 continente.

Dum in Lithuania ageret Regia Mattas ad ejus defensionem a Moschis diligenti studio intenta fuit ac dum illum ipsam prosequitur res Polo-
Absente Rege. nas quoq; negligere noluit Stag hoc Anno 1534 Conventum Generalem per solos Consiliarios et Nuncios Rñi Petricovia ad diem SS. Trium Regum instituit celebrandum Idq; propter rationem defensionis inveniendam a Tartaris, Valachis, et Scythis, quibusdam, prædonibus, qui damna Dominiis Rñi Poloniæ se minabantur brevi allaturos. Quamobrem ad particulares Conventus Legationem Regia
fol. 8. Majestas hanc quo sequitur expediverat.

Altera Legatio a Sigismundo Rege ad Conventum Generalem Petricoviensem missa, quo quod similima præcedenti esse videret Summo illius non
fol. 10. et adscripta.

Memoria agendorum in Comitiis per Legatos Regios.

Legatio ad Conventum Terrarum Prussia quo Rex Incolas illius hortatur et monet, ut aliquibus Consiliariis de medio sui designatis illos ad Conventum Generalem Petricovien. cum plena facultate mitterent, consultaturos cum Regnicolis quo pacto futuris periculis sit occurrendum. fol. 14.

Postulata omnium Terrarum. Masovia. fol. 52.

Responsum Senatorum ad Articulos Nuncivorum Masovia. fol. 57.

Postulata a Nobilitate totius Rñi. fol. 47.

Responsum Senatorum ad postulata Nobilitatis Rñi. fol. 54.

Legatio a Senatu et Nunciis Terrarum Rñi Polonia ex Conventu Petricoviensi in Lithuaniam ad Regem Sigismundum missa. Lingua Regiam Mtem certiorem facit Senatus qualem in hoc Conventu rationem defensionis devenerit. Ac primum contra Tartaros Valachos et alias imminentes hostilitates, decreverant generalem motionem universa nobilitatis, si illa opus fuerit et publica Rñi necessitas exposcoret atq; ita ut Regia Mtas haberet potestatem a Conventu Generali movendi et cogendi omnes subditos

suos in Castra ad bellum, ubi grave aliquod periculum et urgens necessitas Reipublicæ id postulare viderctur. Sed cum hæc adhuc ob absentiam Regis minus plausibilia esse viderentur, de contributione etiam ad servandum Mercenarium militem, diligentissime consultarunt, et licet crebris contributionibus subditi universi attriti et exhausti fuerint. Habentes tamen rationem tranquilitatis animi et status Majestatis suæ Regiæ ac Reipublicæ necessitatis, contributionem, qualem illa tempora ferre potuerunt decoravere statuerant. Decretum etiam erat et omnibus Capitaneis serio mandatum, ut illi in Prædones et latrocinia severius animadvertendo, pacem publicam

fol. 58. diligenter observarent. –

Responsum a Sigismundo Rege ad hanc legati-

fol. 65. onem præcedentem.

Litera Contributionis generalis in Comitiis Rnī

fol. 75. decretæ.

Responsum Cæsaris Turcarum Oratori Andreæ

fol. 98. Tęczyński Castellano Cracovien datum.

In quo primum Cæsar Turcarum significat, se contentum esse, quod fœdus pacis iniverit ad vitæ suæ tempora cum Regia Mtte ac illius Filio.

Deinde promittit se missurum in Hungariam Commissarium suum Rnī Hungariæ Gubernatorem et Thesaurarium Illrem Ducem Venetorum Dominum Ludovicum Gritti cum plena authoritate et sufficienti instructione, ut differentia inter principes de Regno Hungariæ dissidentes componeret et stabiliret, ac Regnum Hungariæ in unam ditionem Regi Joanni redigeret et uniret. fol. 98.

Legatio privata a Sigismundo Rege ad Albertum Ducem in Prussia, in qua Rex significat se animadvertisse primam et præcipuam causam Bannī contra illum ipsum a Cæsarea Camera Magistro flagitante emissi quod a fide et Ecclesia Catholica discesserit. Deinde narrat Rex vehementer animos Consiliariorum et omnium Rnī Poloniæ Inlocarium offendi quod idem Dux Prussiæ cum sit Feudatarius princeps Rnī, magnopere ambiat Jus eligendi

Regis Polonie, quod neq; illi concessum est, neq; quicq;
Principi unquam in Regno Polonie datum fuit
fol: 120. neq; in aliis Regnis conceditur.

fol: 123. Legatio ad subditos Alberti Ducis Prussie.

Ingua Rex cogitationes et consilia Magistri illis ipsis ob oculos ponit monetq; ut fortes et constantes (nihil minus Magistri formidantes) se se praberent. Promittens preterea, se nulla in re illis defuturum, modo ut parati sint, vigilantiam q; prudentiam et arma in promptu habere
fol: 123 velint. —

Responsum a Serenissimo Rege Polonie datum Alberti Ducis Prussie Legatis in quo, Regia Majestas illi ipsi etiam promittit, se illi tempore necessitatis nunquam auxilio suo defuturam, illamq; viribus et armis (si ita res exigerent:)
fol: 125. defensuram.

fol: 182. Legatio ad Georgium et Barninum Duces Pomeranie, qua illos ipsos Rex hortatur ut,
Dedmans Lubeck dissensiones inter Lubecenses Danos atq; fucros

jam ab aliquot annis ortas, sopirent eamq; inirent rationem qua Lubecensium protervia qui populis Jura dare Reges arbitrio suo instituere et ejicere nituntur, refrenari possit.

Legatio a Sigismundo Rege ad Comitia Prussia Mariaburgen. missa. In qua totius Prussiæ Incolæ admonentur ut illis temporibus, quibus Orbis Universus bellorum motibus flagrabat, diligentissime insultus marinos intrspicerent. præsertim cum Dania et alia nonnulla Gentes finitimæ, quibus latius patent aditus Marini in Prussiam intestinis discordiis, atq; bellis fervent. Proinde ut maritimæ Civitates, videlicet Gedanum et Elbingum Classem aptis, miles paratus, bonisq; instructas, in procinctu haberent. Tumq; ut pugnacula bello tuta pararent, quo melius omnis impetus hostium arceri et profligari possit. Deinde ut consilia sua cum cum Illustrissimo Duce Ducce conferant, quo pacto Cruciferorum conatus retundere et reprimere queant. Ad extremum ut Comitia Petricoviensia de medio sui Nuncios eligerent, qui de

Nakaz aby Gdańsk i Elbląg wsią swą flotę miały. Obcompend. Karnk.

Prussacy na Sejm. Sejm tuchor krola w piotrkowie.

ingruentibus necessitatibus cum Regnicolis communia
fol: 189. consilia inire possint.

Legatio a Rege ad Gedanenses praecedenti similis in omnibus, praeter hoc additum inter cætera, ut Anabaptistarum pernicios sectam unde, fol: 191. quoq; potuerunt, finibus q; penitus exterminarent.

Laski in Hungaria conjicitur in carc. Fol: 293. De captivatione Dñi H. Laski in Hungaria.

Ludovico Gritti in conflictu cum Moldavis capiut amputat.

Instructio a Prælatis et Baronibus Regni Poloniæ ad Joannem Regem Hungariæ data Nicolao Ruszocki Castellano Biechovien de liberando Dñe Laski.
fol: 302.

De injuriis et latrociniis e Silesia et Marchia.

Instructio a Sigismundo primo Rege Poloniæ data Commissariis ad transigendum de injuriis Silesitanis.

Ex Tomo Actionum Regiarum Decimosexto Annum Domini 1535 continente.

Sub finem Anni Dñi 1534 indictus fuit Conventus Rñi Generalis in oppido Piotrkow ad diem S. Andreæ Apli qui per solos Regni Consiliarios, et per Nuncios Equestris Ordinis actus erat. Rege tunc absente, et in Lithuania agente. In quo de præsidiis in finibus Rñi collocandis, ut pote contra Tartaros, Valachos, Cruciferos, maxime consultatum fuit. Decreta sunt quoq; auxilia e Rño Poloniæ Lithuanis contra Moschos, et contributio 15 grossorum e lanco. Coronæ Iurium abrogare et ut Dux et Civitates Prussiæ monetam cudere desinerent. Interea Ordo Teutonicus in Germania, dum varios modos et consilia quæreret quo pacto adveniente vere Prussiam hostiliter invadere posset Dux Prussiæ, qui hæc omnia ab hominibus fide dignis didicerat, in propria persona ad sacram Regiam Mtem se contulit. Eiq; singula exponit, petens ut Regia

III Bon krola segm ob. konii Tona poprzedniego —

fol. 76.

Dux Prussiæ ad Regem ve. nit. —

Mtās tanta necessitate inducta, Exercitū lustrare non dedignetur, et præcipuis Civitatibus Prussiæ in- piast jungat, ut omnium rerum necessariarum diligentem Pruskich powinnoś habeant curam et providentiam. Præterea Duces Pomerania et Mechelburg: transactionem admonen- dos esse, ne Ordini opem ferunt, neve commeatum aut alia per Ditiones suas transire permittant. Ad quæ Regia Mtās respondit, se ad omnes ordi- nes Prussiæ mandata daturam ut in armis et equis sint parati, et instructi, quo tempestive si aliqua vis hostiū ingruerot Majestati suæ suppetias ferant. Petūt quoq; Dux Prussiæ, ut quia in Comitiis Rnī decretum erat Oppianas Mo- netarias claudi debere, ipsi numinos argenteos trium aut sex grossorum valore cudere liceat; sed Regia Mtās hanc facultatem absq; consilio et consensu Consiliariorum Rnī sui illi concedere se posse negat.

Quum autem bellum inter Daniæ Reges et Lubecen exortum esset, misit Rex Daniæ Legatos

suos. Mense Februario ad Serenissimū Poloniæ Re. Dunczyk
gem ut ei contra Lubecenses suppetias ferre vellet,
quibus ejusmodi responsum est datum, Regiam
Mtem absq; consilio et consensu Consiliario-
rum Rñi sui, maxime autem Terrarum Prussiæ,
ad quos hæc res potissimum attineret, nihil pos-
se statuere itaq; indicta sunt Generalia Terra- fol. 191.
rum Prussiæ Comitia, ad quæ Serenissimus Rex
Nuncium misit Joannem a Worden, postulans
ut in his et de suppetiis Regi Daniæ ferendis
accurate et diligenter consultarent, et ne Pro-
vincia illa aliquo damno a Lubecensibus, qui
id maxime molliebantur, afficeret commode pro-
viderent.—

Mense Maio missus est a Rege Mtē
Achatius Czema Castellæ Gedanensis Legatus fol. 200.
ad ordines Livoniæ ut dissidia et controversias
componeret Vilhelmi Marchionis Brandeb.
gensi cum Adversariis ejus.

Eod. ferme tempore miserat Simus Rex

208.

Legatos suos Gedanum scilicet Rndu Ioannem Dantiscum Episcopum Culmen, et Georgium Baizen Palatinum Mariaburgen, ad exigenda ab iis Iuramenta qui pro Regia Mttis discess. sum ex Gedano ad Consulatum et scabinatum erant suscepti.

Mense Iulio projectus est Thomas Sobocki Legatos ad Ioannem Regem Hungariæ invitaturus cum ad nuptias Hedvigis Filiæ Serenis. simi Regis, natæ maximæ quam Ioachimo Marchioni Brandeburgen, Romani Imperii Electori in Matrimonium tradidit. Cujus nuptiæ 29 Augusti Cracoviæ, cum maxima Procerum frequentia maximaq; sumptu sunt celebratæ, ad quas Ipse quoq; Pater venerat, misso ex Li. thuania in Moschus Exercitu qui eodem, quo nuptiæ celebratæ sunt die, oversa hostili Arce Starodubensi, præclarissimam a Moschis hostibus victoriam reportavit.

Starodub: oversa fol: 215.

Ad medium Julii Exercitus Regius Moschos

ost aggressus Petrus Palatinus Valachiæ a Mo-
scho et Ferdinando Romanorum Rege excitatus, col. Ferdinan-
dowa strze-
lose" i od-
nawianie
wozymwiu.
licto Exercitu Regionem Pokucie dictum bello inva-
sit, eaq; vastata, magnam inde prædam, rerum
pecudum, et hominum abegit, ujus ultionem Rex
Cracoviæ in Lithuani ad reditum, in alium tem-
pus distulit. fol: 232.

In Octobre missus fuit Joannes Dzieski
Aulicus Regius ad Turcarum Imperatorem cum
literis fœderis postulans, ut quoniam Regia Mtas
certior facta esset, Palatinum Transalpinum ipsi
us Tributarium cum Palatino Valachiæ affinitatem
contraxisse, eiq; auxilia contra Ipsum Regem promisis- powinowa-
stwo pod-
czas.
se, vel providere, ne quid contra fœdera utrinq;
recepta a Tributario suo committatur. fol: 261.

Eodē Mense data est Legatio Stanislao Tarlo-
ni Canonico Cracovien Regio Secretario ad Ferdi-
nandum Romanorum Hungariæ Regem ad sopi-
endas et tollendas dissensiones, quæ in Regni
confiniis, inter Polonos et Silesios exorta erant

et quereretur de injuriis, a tribus his prædonibus, Borck, Miszka, et Joanne Steigel hominibus in Regis Ditione existentibus illatis.

Anno Dñi 1536. Mense Septembri projectus est a Serenissimo Rege Legatus Achacius Czema ad Illustrissimum Marchionem Brandeburgensem rogans ut rationem iniret, quo Gedanensibus in quorum merces degressatum esset, in confiniis Marchiæ et Pomeraniæ damna data, a quibus dum illius, qui eo latrocinio interfuerant, resarcirentur,

fol. 336. tur.

Ex Tomo Actionum Regiarum Decimo Septimo Annum Domini 1536 et 1537 continente.

Post illud solenne Nuptiarum Hedvigis Sigismundi Regis Filiæ, Joachimo Marchioni Brandeburgen. matrimonium data. Cum in Lithuaniam Rex Sigismundus belli gerendi causa cum Moscho discessus, ius esset. Polonia autem Regiones, ac si non pariatq; Lithuani magno tamen periculo exposita esse videbantur. Valachus enim paulo ante, ferro igneq; depopulatus erat Regionem Podolie, Tartarorum quoq; fides in fœdere servando suspecta erat, accesserant et Domestica scelera. Prædonum vis maxima, qui mercatores, ac quosvis obvios passim trucidabant, ita ut omnino merces desinere necesse fuisset, tum quod publicæ cædes grassarentur, voluit prius Rex iis malis obviam ire, ac fere in ipso discessu ad finem Anni Dni 1535 pro Sacro Catharina Festo Comitia Petricoviæ indicere, totius Rni Ordines, qui incommodis iis consulturi essent convocare jussit. fol. 4.

Conventus itaq; particulares sunt Terrarum Nuncii digunt, tandem ad designatum diem Petricoviam omnes ordines convenerunt. Quoniam autem Sigismundus Rex his Comitiis interesse, pro Lithuanica difficultate non potuisset. Legatos ad Senatores mittit, qui primum Regia Mtis absentiam excusarint pericula exponerent, ac ut alacres in consultando esse nt

Comitia absente Rege.

fol: 7. admonerent.

Senatores igitur consultare ac vota in mutuum conferre coperunt, de illis quibus propositum erat periculis, quo modo scilicet insultus Valachi sunt coercendi, vis Scytharum, si qua foret reprimenda, quo modo praedones sint exterminandi, caedes publica sopienda.

Nobilitas quoq; statutorum executionem postulabat. Quibus negotiis Senatores mature inspectis, quod optimum ac ex re huic Coronae fore judicarent, sanxerunt. Imprimis autem ut per Sigismun-

fol: 15. dum primum Poloniae Regem (cum id praecipue nobilitas flagitaret) Executio statutorum Rnī

priusquam Rex Juramentum subditia præstet, fi-
eret, ac ut Ecclesia Monasteria siu et Civitates
Prussiæ Gedanum Thorunium, Elbingum, Privile- Prawa
gia sua in futuris Regni Comitiis adhiberent, et przywileje.
si qua forent Juri communi adversa cassentur
et adnihilentur; contra vero insultus hostium
publicam expeditionem decreverant, paulo
post Nostium Litera mittunt, nihil aliud prater fol. 20.
bellum Polonie sonat. Quæ tuendi Rni ratio, cum
Principi ob maximam pugnam invpiam vehemen-
ter displicuisset, de commodiore defensione, id
potentibus quibusdam Senatoribus cogitare
cepit.

Hoc igitur est suos Consilio. In Comitiis
ante ipsam expeditionem fieri solitis, nobili-
tati de aliquo utiliore propugnandi et depel-
landi hostis modo consulare permisit, ubi eti-
am Oratores suos, qui ut maxime possent pu-
blicum pecunia præsidium instanter suadere
misit. Rex et sententia Principis cessit, publici

reditus decernuntur. Quæstatores creantur, pecu-
nia deinde exigitur publica redeunda Fiscariis.
Interim conspiratio quædam Cruciferorum in
fol: 36. Torras Prussiæ denunciantur, conventus igitur
Elbingi Prussiensis indicitur, in quo de insidiis
Theutonum præcavendis sint consulturi, eo quod
adjecto, ne nimiam caristiam rei frumentariæ
luxum etiam seu rem sumptuariam fieri pa-
tiantur, et hoc quidem ad finem Anni istius age-
bantur.

Anno Domini 1536. Ecclesia Plocensis per
successionem vacante. Sedes et munera ejus-
us Joanni Choiensky defertur, qui Summo Pon-
tifici per literas Srsmi Sigismundi primi com-
mendat. Hic cum Cracio Archiepiscopo, qui ex
Plocensi ad Ecclesiam et Archiepiscopatus Gne-
fol: 43. snen dignitatem evectus erat, aliquot literis de
reditibus, qui illi relinqui debuerant, contendebat.
Eod Anno Sigismundus Rex junior Vilnæ Lithu-
anis in Conventu Generali præstiterat Juramentum

Et quoniam tum haud parvus error in diversitate fol: 71.
moneta committebatur, omnino totius Rñi Civita,
tibus praesertim Thorunnis moneta uti esse pro,
hibita. fol: 88.

Cum autem ab eo tempore quo Paulus papa III
in sublime dignitatis Apostolica solium evectus
fuerat, Majestas Regia nondum gratularetur,
Legationem cum summa tanti Magistratus
Divinissimi gratulatione et justa obedientiæ
subiectione Petro Tgalenski demandat qua eti,
am Sanctitati suæ suaderet Concilium uni,
versale faciendum, idq; ob multas quæ jam tunc
saviebant Christianæ Religionis hæreses. Qui
quidem Legatus, simul et ad Carolum V. Impe,
ratorem et ad Ferdinandum Regem Romano,
rum legationi fungebatur, in causa Ducatus
Barensis et Mediolanensis; rogabat is nomine
Regiæ Majestatis Imperatorem Romanum ut
Ducatum eum Bonæ Reginæ decerneret. Ferdi. fol: 95.
nando autem tria precipue referri sunt jussa.

Primo ut pro mutua necessitatis Officio Causam Bonæ Reginæ apud Sacram Cæsaream Mttem promoveret, deinde ne protractum tempus componendarum seditionum inter Silesitas et ejus confines Mtti Regiæ subditos molestius ferat. Ultimum Secretius dicendum commissum erat de causa temporis producti. Sponsaliorum inter Filium Regiæ Mttis et Serenissimi Ferdinandi Filiam difficultates Regni negotium hoc impediente.

Postea cum Rutheni adeo segnes et nullam fol: 111. de propulsando hostis improvisa Terras Prussiæ invadere cogitantis impetus curam habere videantur. Rex ad omnes Ordines Prussiæ Legatum mittit præcipiens ac mandans, ut isti quos ad Celsum progredi necesse foret accurate lustrentur. Deinde ne illi falso crimen male dispensatæ ab eis exactæ pecuniæ insimuletur. Postremo ne quis eorum qui Conventibus particularibus præesse consueverunt, privata commoda publicis

fol: 111. proponerent. —

Fit deinde legatio Sigismundi Primi ad Comitia Elbingi designata, in qua tacita molimina Crucifero-rum in Terras Prussiæ denunciantur. Exactiones Tributi antea decreti repetuntur, quæ revera poti-or horum erat Comitiorum causa. Quid in hoc con-ventu decretum sit, prorsus non constat.

Interea Stanislaus Odrowąż Palatinus Podoli-ensis Annam Ducem Moschoviæ in matrimonium, fit inter eos mutua sponsio, consensus Sigismun-di Regis, tanquam istius Duæ Supremi Tutoris postulatur, quod non modo facile impetratur, sed etiam id libentissime Princeps amplectitur, tan-quam brevi numerata pecunia Dotis integra Ma-soviæ potiturus maxime tamen agre ferenti Reginæ Bonæ quæ innuptam decedere, ac e vivis auferri optabat, omnes illos Thesauros qui maximi ferebantur fa-cilius se posituram, nec numerari oportere dotem rata. Datur hoc negotium absolvendi Matrimonii Bonæ. Andreæ Cricio Archiepiscopo Gnesnensi Petro Gamrato Premislien Epo Petro Gorayński Palatino

Avaritia Reginæ Bonæ.

Masovia prascriptis a Rege Matrimonii contrahendi
fol: 122 conditionibus, quorum hæc primo fuit. Dominus
Palatinus Dotis ratione, dimidiam sortem bono-
rum suorum quæ nobilis obligationibus obnoxia
foret, Uxori inscriberet, eamq; obligationem Actis
Terrestribus Varsavien. inferret. Deinde quam pri-
mum Dotem Decem millium aureorum Conjunx ejus
accepisset, possessionibus Masovia renunciaret.
Postea Marito consentiente illum coram Judicio
Trii Varsaviensi proprietati et successioni re-
nunciari, ac sibi satisfactum esse profiteri
fol: 123. debere.

Hæ tamen Instructio Dnis Deputatis non
satis probabatur, presertim vero de renunciati-
one proprietatis Articulus, cum ex Privilegiis
Ducissa Masovie nihil proprietatis habuit constet, Ducem illam in terris Masoviæ ni-
hil proprietatis habere. Hæc igitur ad Mittem
ejus scribunt, qui facile Consiliis eorum acqui-
evit, cautione inspecta. Judicio ergo et arbitrio
illorum negotium hoc transigendum permisit,

celebrantur nuptiæ, hilari per fruuntur animo, lætantur Conjuges. Sed mox turbati, pauco enim tempore interveniente, Rex ad eos dat literas ut possessionibus Nasovio cederent, quod cum molestissime tulissent, decedere noluerunt. Datur Mandatum, sed nec huic parent, mittuntur ad extremum Nuncii Rege Nomine possessionem accepturi, quibus Intromissio negatur, vi resistitur, quod cum Rex molestissime tulisset, rem Senatoribus defert, quorum Consilio ductus Odrowązius invitus, Bonis et possessionibus cessit, non tamen hoc factum impunitum evasit, nam imprimis Capitaneatu Camenecensi privatur, Starostwo odięcie.
Samboriensi quoq; per Reginam Bonam, Cujus animo exulcerato hæc omnia tegebantur, contra omne ius fasq; redimitur, quod factum maximi tumultus et odii subditorum in Regem excitati, non postremam fuisse causam, inferius cognoscetur.

Dum hæc aguntur, Arcis Cracoviensis nobilissimum edificium conflagrasse Rege nunciatur

quod infortunium cum ogerumi Regem tulisse ac. audivisset Joannes Latalski Episcopus Cracovien, per literas Hosii stylo scriptas, sane jucundissimas et lectu dignissimas Regia Mtti dolorem minuere studet, casumq; illius jacturæ præsenti animo ferre suadet, et hæc quidem eo Anno sunt acta.

Anno Dñi 1537 sub finem Anni Dñi 1536 indicta fuere Comitia, pro die S.S. Omnium Cracovia designata quibus ipse Rex præcesse Lithuania relicta properabat. Legati igitur a Rege ad Conventus particulares mittuntur qui
fol: 141. causas celebrandorum Comitiorum exponerent,
fol: 159. quorum hæ fuerant præcipuæ. Renovata Valachorum Regionis Podlachiæ devastatio, Scytharum fides suspecta Cruciferorum in Terras Prussiæ conspiratio, factiones Domesticæ, fiunt igitur Nunciorum Terrarum delectus, Cracoviam totus Ordo prospicitur, omnes ad diem designatum conveniunt die 12 Novembris in-
Factiones Domesticæ
choantur Comitia usq; ad diem secundum Martii
Sejmu

curatura. Postulata Terrarum Nunciij referunt, quo-
rum aliqua Rex cum Senatu approbavit, alia in
futura Comitia distulit. Hac veni Nuncijs maxime
cura erat, primo ut Rege mortuo, sit publica
denuntiatio, quo Conventus Universalis pro eli-
gendo Rege indiceret, quod a Rege confirmatur. Publice proxby
Deinde ne Theloneis, Pontalibus, Toralibus, no-
bilitas gravaretur, id quoq; impetratur. Ne Civita-
tes Ducis in Prussia monetam cudere amplius
auderent, qua de re Principes agere se cum Duce
receperat. Ne quoq; bona nisi a jure convictis,
capiantur, quod facile concessum erat. ut Jura
et consuetudines omnium Terrarum Rñi conserva-
rentur. Ut Cancellariæ Majoris ac minoris Officium Piotrze
secundum Alexandri statutum mediocris homi-
nibus conferantur, qui Articulus per Regem non
susceptus, Comitia infecta disturbavit, quod infra
patebit, Deinde ut numerus Plebejorum ad Cathe- vide an-
dralis Ecclesias recipiendorum prascriberetur, dacïam no-
ne Annatæ Summo Pontifice darentur, quod minum.

Rex curare promiserat Hac et alia erant quo Nun-
cii a Rege flagitarunt. Rex interim junior pra-
Augustus jurat. — Piecze 4. ta, ta wakuva. ta. — stiterat Polonis Juramentum Cancellariatus Joan-
nis Chovienski Epi Plocensi, quatuor annis
post obitum Christophori Szydlowiecki vacans
defertur vice Cancellariatus unum Annum et Men-
ses duos, datus est. Magnifico Paulo de Wola
Symonia Castellano Sochaczovicnsi, qui postea pro summis
pecuniarum in Gostynin habitis et Regi condona-
tis Poznanien. Episcopatum erat consecutus.

Sed ad Comitia redeamus, hac initio quidem
plaude ac tranquillo inchoata fuerant, postea
tamen turbulentissime continuari coperant, se-
ditiosis quibusdam Nuncios incitantibus, Re-
gem omnia pro arbitrio suo agentem suggeren-
tibus. Indignati ergo Nuncii quodam Principem
contra statutorum prascripta facisse quasti sunt.
In primis autem quod Cancellariatum injuste Cho-
ienski detulisset. Deinde quod alienigena Offi-
cia Regni prasficiantur, postea quod Telonium

rorem absq; omnium ordinum consensu constitutum erat, earum vero turbarum non exiguam occasionem Bona Regina præbuerat, quo Cancellario Majoris Officio Gamratum Eppu. Præmissionq; augere cupiebat, quo facilius quæstus exercendi tanquam Organo uteretur, quoniam autem hoc impetrare apud Serenissimum Mariti. tum non poterat, quosdam qui Consilia omnia præverterc conarent subordinavit, sed non effecit quo minus Choienski Cancellario jungeretur Officio, fremebat quoq; nobilitas, darius cum Odrowązo actum esse, quod jam superius nominaram. Rex tum multis ac infinitis molestiis afficiebatur, foris enim strepitus, varia molimina, domi vero sevissima Tunonis sua totum Scheronta moventis, ob non Gamrato Cancellariatus Officio dato, fulmina paticbatur. Rex furioso populo tributum concedere nolenti, cedere in existimans, tanquam id egregie ulturus, motum generalem contra

Turbatus

Bona proxcio Mężowi

dantipæ molesta.

Error Sigismundi.

Valachos decernit. Bestium litera publico præco, nio propalantur, accelleratur expeditio, omnes ad diem disignatum Leopolim contendunt, castra sunt metati, ubi paululū immorati, cum ple, rag̃ per Nuncios suos in Comitiis transacta fieri non potuisse, meminissent ipsi cum Re, gia Mtte de his rebus in præsenti tractare de, crevorunt, ut nisi quod ab eis postularetur, im petratum esset prorsus a bello abstinerent, et ne pedem quidem in hostem moveri paterentur.

De krole, wi, sobie nietepiej

Hinc igitur materia tumultuantium animorum capta est, Rex bellum illi Leges cogitant. In his dis, paribus animorum procellis Rex quid precipue ageret ignorabat, mittit Senatores alig̃ qui po, pulum nomine Mtis Eius ad bellum commove, rent, fit conventus ante Leopolim, in quo com, fol: 202. plurima Regia Mtti denunciando protulerunt, responsum autem nullum haberent. Iterum Se, natores in campum cum eis de incommodis Rei, publicæ consultari cum igitur in unum convenissent

Petrus Zborowski satis diserte nomine totius nobilitatis Senatores illoquitur, ac multum de antigua Sanctissimi Reginimis norma Rempublicam degenerasse questus est, id q̄ Senatorum culpa factum esse qui principi pro custodibus Legum essent adjuncti. Multa ibi de Regis junioris minus generosa educatione, multa de eo, quod Regina non paucas Arces possideat, quibus alienigenus praefecerat dictum erat. Ad extremum multos in eam expeditionem non convenisse, aliosq̄ abusus id vere annuente Rege fieri invehebatur. In eandem quoq̄ sententiam Kiązki Valentinus Dembinski, Sirakowski, Parzyszewski, Gomolinski Taszycki Iudex Cracovien. Martinus Zborowski, ordine coram illis proceribus Rni sunt concionati et cum jam ab omnibus peroratum esset. Sententia Procerum rogantur, qui cum resistere importunis petitionibus furiosae plebis non potuerint, Primus in Ordine Joannes Tarnovius Castellanus

Cracovien. exorsus est, commendans in illis Rei. publicæ amorem, Caterum Legum et consultan. di tempus non esse, imo potius propulsandi hostis instare dicebat, quæ ac si prudenter dicta, minus tamen grata plebi fuerunt, circo aliquo. tiès interpellatur, et jam magis ac magis illis furentibus ac vim inferre præstantissimis Rei. publicæ Luminibus cogitantibus, Deus. O. Maxim. qui ex celsa illa pectora perire noluerat; obscu. rato sole et maximo tempestate immissa eos a Conspectu furiosi populi substraxerat, postero die misit Nobilitas petitum Regiam. Item, quoiterum Senatores in campum progredi ju. beat qui cum nobilitte deliberaturi essent, sed isti privre periculo perculsi, vix animum per. sumserant, egredi civitate recusarunt sed si in urbem venissent, se omnibus de rebus cum ejs acturos receperunt.

fol. 213. Fit igitur Conventus in quo primum Pe. trus Zborowski de libertatis restauratione,

iustitia legitima administratione diſscrebat. Dom
quoq; Taszycki et Martinus Borowski fecere, qui-
bus Petrus Smita Palatinus Cracoviensis satis
popularitor respondit. Oportere scilicet tres Sena- fol. 219.
tores Regia Mtti adhibere Legos et libertates restau-
rare, de Odrowąży quoq; negotio in proximis Comitiis
cognituros se Senatores promiserant, sequenti die
fit Conventus, in quo Nobilitas abrogari Metri-
cam potit, vectigalia desinere postulat, sed cum
hac Senatores ipsi concedere ñ possent, Regem
adeunt, qui omnino petitis nobilium ñ acqui-
escit, respondenq; id absolute facere non posse
ipsit quo cognito populus rursus insanire co-
pit, inspectis negotiis discessit. Postero die iterũ
congregantur ubi Magnificus Dñus Joannes Taz fol. 244.
novius paucis ad futura Comitia rejectis articu-
lis, omnia postulata nobilium, Senatores impe-
trasse retulit, sunt multa hinc et inde pro-
loquia quibus nonnisi terrebatur tempus.
Cum vero hyems instaret Rex incepto jam fol. 253.

pugnandi tempore viso, Exercitum dimisit, ipse Cha-
fol. 273. coviam proficiscitur, atq; inde Legatum Joannem
Ouieski ad Carolum V. destinat, in causa suc-
cessionis Mediolani, quam Cæsarea Mtās dum
per tempus licuerat (: armis enim tum cum Gal-
lis decertabat :) per Opalinski priorem Lega-
tum decisuram se promiserat, multos enim
de Ducatu illo contendisse responsum erat.
Cæterum ad hanc posteriorem Legationem per
Ouieski factam, nullum a Cæsarea Majestate
responsum in libris ipsis ponitur, assignata
quoq; Legatio erat ad Ducem Prussiæ de interdi-
cendis monetarum in ejus Ditionibus, deinde
ne subditos suos religionem mutare cogeret.
De Annatis quoq; ut per Nobilitatem pridem
postulatum erat, abrogandis, Legatus ad Sum-
mum Pontificem missus fuit, ad quam lega-
tionem responsum nō erat.

Ex Tomo Actionum Regiarum Decimo Octavo Annum Domini 1538. et 1539. continente.

Anno superiore dum Regia Majestas belli contra Moschos gerendi cura destinaretur, Valachus repentino impetu, Provinciam Podlachiæ igne atq; ferro depopulandam invasit. Civitatem quam vastitatem incursione illa intulit, ut fol. 6.
nihil præter solitudinem desertam, incultamq; reliquerit. Hoc quam primum ad Aures Regiæ Mtis pervenit, neq; Induciis cum Moscho factis, neq; rebus in Lithuania constitutis, Comitia Cracoviæ celebranda indixit, in quibus consilium iniretur quo pacto sit ulciscenda Valachi perfidia.

Ad Comitia igitur cum ventum esset, multa diuq; deliberationibus Consiliorum per Senatores suos agitatis, tandem in expeditionem bellicam ceciderat deliberatio. Quo ubi jam convocata esset, continuo Regia Mtas perspexit, illam plus

fol: 7. detrimenti quam utilitatis Reipublica adferre;
fol: 8. tum quod aliqui ex proceribus turbulentas que-
relas excitarent, tum quod passim milites in-
dreptionibus Bonorum, tam Regalium quam
et spiritualium versarentur, pedemq; efferre
extra limites Rñi ad propulsandum hostem
renuerent prinsquam sibi certum sit pro-
missum stipendium. Quam conditionem dum
erarium nullo modo suffere posset, Militem
fol: 8. domum dimittere coacta est Regia Majestas.

Valachus vero audito hoc gerendarum
rerum infelici successu insultationibus qui-
busdam palam profitebatur, se exinde magnum
percipere gaudium, quod Regia Majestas non
sine magno dolore dum perpert illius insul-
tationibus excogitata, recuperanda provincia
maximo cupiditate fuit incensa, qua propter
novum Conventum Generalem Petricovia in-
stituit transigendam. In quo dum de ulcisce-
do hoste deliberatur, contributio publica

cernitur, cujus suppetiis Milites Mercenarii
ad recuperandam Provinciam abeuntur. Hi dum fol: 41.
conscribuntur, interea Orator mittitur ad So-
lymanum Turcarum Imperatorem, qui salutā-
tionem ceremoniis præmissis referat Valachum
Ditiones Regias Illis ferro atq; igni vastare,
idq; incursionibus turbulentis suis perficere fol: 58.
velle, ut Fœdus inter Majestates suas disrumperet.
Suo Oratore expedito, interim ea quæ superiori-
bus Comitiis conclusione curentibus intenta-
ta ac relicta fuerant in consultationem ve-
niunt, de quibus dum deliberatio instituit
interea Arx Chocim a nostris in Valachia fol: 100.
expugnatur. Valachus vero demissis animis
uno miliari positis Castris ab Exercitu Nostro
distantibus, fortunæ fortasse diffidens suæ, ad
Campiductorem Tarnovium nuncius abigu ties
missis, pacem petens, pugna obstinuit Ferunt
aliqui illum rumore adventus Turcici percubum
Pacem fœdusq; cum Polonis desiderasse, ita tamen,

ut prius damna illa, quæ Provinciæ intulerat,
fol: 101. satis abunde resarciret, idq; ex Ferdinandi et
Arbitri Ioannis Regum arbitrariâ sententia, quorum
petitioni Regia Mtās acquievit.

Firmato itaq; fœdere, cum jusjurandi cere-
monia, erravit Valachus Regem, ut ei culpam
omnem condonaret, confitens se id improvidis
suorum Consiliis patrasse. Præcerea tamp
Ductorem rogabatur Filium ejus Regis aulæ
fol: 102 applicaret, quo veluti pignore quodam ac obsi-
de existente certior fœderis fides esset. Demum
si magna vis illius Dominio a Turcis ingru-
eret, ut tutissimum illi sit cum Thesauris, Ure-
re, liberis, in Poloniam perfugium.

Constituto cum Valacho pace, protracta fuit
fol: 102 Exercitus nostro militia ad prohibendas Scytha-
rum excursiones qui cum Cæsare Turcarum ad
expugnandum Valachiam venturi ferebant paulo
autem post: ecce Turcarum Imperator cum in-
genti Exercitu Valachiam depopulabundus erumpit.

Valachus sive suorum destitutus ope fideli, si-
ve fato futuri periculi examinatus, impetum
ejus sustinere n̄ voluit, sensimq; hostibus
versus Poloniam cedere capit. Dum autem
se Arcibus et pro pugnaculis credere non
audet, impetum suorum fugiens, relictis
Thesauris, cum Uxore et quinq; Comitibus ex
Dominio in Hungariam fugam vertit.

Alum Filius, qui dudū Reginæ jam disti-
natus erat, dum fuga consequi vellet, ab ho-
stibus capitur. Capaq; ejus præcisum Stepha-
no, quem Turca in locum fugitivi Palatini
evexerat, deportatur. Interea Orator Noster
Dñus Erasmus de Kretkow a Turca rediit,
quem quo Legatus Turcicus hordejus venit, nun- fol. 104.
cians Regi Cæsarem ab hoste illius meritas
sumpsisse pœnas.

Orator vero noster hoc solum diligentis-
sime monens ferebat, Turcarum amicitiæ et
simultati fœderum n̄ esse tuto fidendum.

Hoc eodem Anno pacis inter Bohemiæ et Polo-
niæ Regis et Regna eorundem factum. Atq; po-
stissimum eam ob causam pactum, ut tam in
Sacræ Romanorum, quam Poloniæ Majestatum
fol: 64. Ditionibus, diffidatores hostes hominii idcæ, rupto-
res seu Dumnificatores et profugi sive rebel-
les subditi, deprehendi, ex illisq; parti læsæ
atq; defferenti justitiam immediate et irre-
vocabiliter capitaneatis et Officiales eorum
idorum administrare possint.—

Matrimonium quoq; inter novum Regem
Sigismundum Augustum et Ferdinandi Roma-
norum Regis Filiam Elisabetham confectum
quo in negotio legatione functus est Joannes
Dantiscus Episcopus Varmiensis.

Anni Domini 1539 memorabilia.

Res ac negotia quædam publica superiori
Generali Conventu inalium rejecta. Palatinq;
Moldaviensis repentina fortunarum muta-
tiones, nova Comitia obeunda persuasere.

Faciis enim illud cum Petro Palatino profugo pactum, cum ejset Turcarum Imperatori, quodam modo suspectum, plus periculi futuri, quam securæ tranquilitatis ferre videbatur. Passim enim rumores ferebantur, Turcam novo Palatino Moldaviensi, in locum fugitivi constituto, Exercitus tam Turcarum quam Scytharum proxime finines Rñi detinere, quibus aliquid mali Regno moliri sperabatur.

Quamobrem ut ab hostium impetu tutiss. mum Regnum Mtas Regia efficeret. Comitia Petricovia ad diem Divo Andreæ Sacrum celebranda edixit; quæ postea adversa pressus valetudine, in finem Februarii Cracoviam transtulit. Quæ loci mutatio, cum ob victus difficultatem fol. 157. et hospitiorum summam caritatem omnibus attulit molestissima, qui cum de suscipiendo itinere Cracoviam cunctarentur, pauci quidam Comitia incepturi Cracoviam venerunt. Itaq. Sacrificium misse de S. Spiritu canitur, quo absoluto

fol: 179. in comitiorum principio de reprimendis, si quos forte
accidérent, hostium incursionibus, tam cæteris re-
bus necessariis quæstiones oriuntur, ac in defen-
sione Rñi cum immoratus Senatus, Sententia quo-
rundam ex Senatoribus, in Tatam Bonorum ho-
reditariorum devonerant: Tatem autem Tatam
ac æstimationem sententiis suis moliebant, ut
si quis hæreditaria bona duo millium mora-
rum æstimata possideret, is militis duos equis
insidentes, pugnæ idoneos Reipublicæ exigente
necessitate exhibere sit adstrictas. Primus
omnium Latulski Archiepiscopus huic adhæsit
fol: 180. sententiæ, Bonaq; omnia Archiepiscopatis mensæ
Miłość ojczyzny głupstwem zowie vulgus. suæ decimis exceptis, æstimationi huic liben-
tissime subdere voluit, qua propter ab omnibus
imprudentiæ fuit accusatus. Equester vero Ordo
cum sæpius morem majorum personaret, iche-
mentius huic repugnabat consilio. Potius enim
inquit est veneranda more majorum procedere,
ut unas quisq; pro magnitudine facultatum

suarum defendendæ Reipublicæ curam susci-
ret, quam inusitatæ æstimationi bona sua sub
mittere. Hîs de rebus variæ contentiones ali-
quot hebdomadarum spatio, inter ordinem ut-
unq; ciebantur, qua tandem ad contributionem
publicam decem acto grossorum a Singulis la-
neis devolutæ fuerant. fol: 181.

Sopitis his dispensatio tributaria Pannio
penes quem esse deberet, novas intulit con-
tentiones, multis tamen rationibus expos-
tis, Equester Ordo distributionem illius in
Mercenarium militem facile obtinuit. fol: 182.

Hæc dum in Comitiis tractantur Ora-
tores Stephani Palatini novi Valachiæ ve-
nerunt, qui in Senatum introducti, retule-
runt Dñm suum. Fœdus illud, quod prosa-
pius Palatinus cum Regia Mte pepigerat,
suscipere et servare velle, rogareq; ut Rex,
cum suis illud servaret ac literis cum
jusjurando comprobaret. Palatinum quoq;

in fœdas juraturum certo affirmabant. Quæ conditiones cum Senatui justissimæ viderentur. Regia Mtas petitioni illius non repugnavit.

folio 102. et f. 185.

Stagij discedentibus Legatis Valachici Palatini, missus fuit in Valachiam Joannes Bielinski Plocensis et Varsaviensis Canonicus, qui pro parte Regis et Regni Poloniæ Juramentum à Stephano Palatino, ac Consiliariis illius acciperet. Brevi postea intervaniente tempore, novus hic Palatinus, partim ob secretum à Machometica religionis Professionem, partim quod esset inquietus, ac in bellum propensus, fidemq; nihili reputans, a subditis Valachis est miserrime cæsus, in cujus locum profugum illum Petrum accersiverunt, in Dominumq; iterum sibi Cæsare Turcarum annuente eligerunt

fol. 233. Porfidi Valachi

Venerant quoq; sub idem Comitiorum tempus Oratores Ferdinandi Romanorum Regis, qui nomine illius de aprorienda in Silesiam

Transmissio Silesiæ

via, qua superioribus Petricovien-sibus Comitiis, omni
um communi decreto exclusa fuit, egerunt. Qui-
bus responsum erat, nihil nunc certi respon-
dere Majestatem Regiam posse, praesertim
cum id factum esset generalis totium Rnī con-
sensu qua propter absolutis primum gui-
busdam arduis Reipublicae negotiis, hac de
re suscipietur in praesentibus Comitiis De-
liberatio, ibi quid statutum ac decretum fue-
rit per Legatos nostros Serenitatem illius
facemus certiorem. Profectis igitur et absolu-
tis Oratoribus, agebantur in Senatu delibera-
tiones hoc in negotio, qua decretum occlu-
sionis via in vigore suo retinnerunt. Fini-
tis deliberationibus, mittuntur Legati ad Regem
Ferdinandum, Joannes de Tenczyn Castellanus
Wojnicensis Curiae Marschalcus, cum Joanne fol. 191.
Wilamowski Cantore Cracovien-si qui decretum
totius Rnī illi denunciarent, justisq; ration-
bus factum esse excusarent. His absolutis dum

alia negotia Reipublicæ in Senatu proponuntur inter Joa-
fol. 212. chimi Marchionis Brandeburgensis venerat
Orator qui egit de Feudo et successione in
Ducatum Prussiæ pro Filio Joachimi et He-
dvigi Filia Regis nato. Egit et de residuo
dotis Hedvigi uxori suæ dissolvendo.

Cui Responsum est velle Regiam Mtem,
quod reliquum esset dotis Marchioni et uxori
ejus numerare ac solvere, modo ille quog re-
nunciationem contra dotis Materno prius
faceret, is enim mos in Polonia Regno fuit
semper observatus, ut Filiæ Regum Maritis
elocatæ, dote tantum sua contentæ sint
contra dote autem Natum suarum et alia
fol. 249. quavis successione carerent.

De feudo vero Rex per Oratorem suum
respectu se daturum Marchioni promiserat,
At in hanc sententiam Oratore Marchionis
absoluto, interim hac de re in Senatu graves
dicebantur sententiæ, quibus feudum Marchionis

denoganeum Senatores consuerunt.

Qua in re missus fuit Stanislaus Laski, qui mentem Regis et universi Senatus decre-
tum de negato ei Feudo nunciaret. Matrimoni-
um inter Joannem Hungariæ Regem et Isa- fol. 216.
bellam Filium Sigismundi fuit contractum.

Fœdus Valachicum cum Petro Wojewoda
initum et per Stephanum Successorem Suce- fol. 186.
ptum. In quo inter cæteras conditiones ibidem fol. 232.
expressus hæ memorabiles videbantur. Primo
pactum erat ut malefactores pacis turbato-
res, qui damnum dederint, furtumq; fecerint,
non solum receptu carerent, verum et meri-
tas penas utrobiq; darent. Secundo ut Terra
Pokucie ita ut semper fuit propria sit Re-
gis Poloniæ ac hæreditaria. Tertio ut non alii
limites et fines esent quam qui fuerant pri-
scis temporibus inter Regnum et Valachiam
terminati et Privilegiis suis descripti. Postre-
mo ut Mercatoribus libera sit utriusq; mercandi

potestas.

fol: 297. Legatio ad Salomonem Turcarum Imperatorem data
fol: 229. Thomæ Sobotzki, in qua Rex significat maximum
damnum sibi suisq; Dominiis a Cæsare Tarta-
rorum illatum esse, petitq; sibi de eo Justiti-
Sprawiedliwości z Tatarowe. — um administrari, quod contra fœdus incursi-
onem fecerit.

Captivi præterea, ut omnes restituerentur,
demum ut Commissarios ad ea loca inspicienda,
in quibus præter omnem Regis voluntatem
greges Turcici pascebantur, designare et ex
pedire vellet. Quæ omnia Turcarum Imperator
fol: 297. in suo responso præstiturum se receperat.

Inscriptio Dotis et contra dotis Reginæ Isa-
fol: 317. bellæ in Arcibus Hungariæ.

Renunciatio Juris et successionis per Jo-
fol: 319. annem Regem et Isabellam Reginam Hungariæ.

Consilium delectorum Cardinalium et ali-
orum Prælatorum de emendanda Ecclesia ad
fol: 124 Paulum III Pontificem Romanorum.

1539.

243.

Concordia inter Ferdinandum et Joannem Reges Hungariæ de Regno Hungariæ certantes. fol. 202.

Ex Tomo Actionum Regiarum Decimo Nono. Annum Domini 1540 continente.

Sub finem Anni 1539 Conventus Rñi Generalis celebrari debebatur Petricoviæ ad diem S. Martini, qui postea propter Regis adversam valetudinem Cracoviam translatus fuit et tarde convenientibus Consiliariis et Nuncijs Terrarum usq; ad Festum Epiphaniarum protractus fuit. Actus hic est conventus propter duo necessaria. fol: 2. Primum quomodo ad omnes hostium impetus propulsandos parati semper esse possint. Nam Turcarum Imperator bellum Christianis Principibus moliri audiebatur. Alterum quomodo Justitia recte unicuiq; administrari possit. fol: 8.

Postquam data fuit in Matrimonium Isabella Filia Sigismundi Regis Joanni Hungaria, Petrus Kmita de Wiśnicze Palatinus et Capitaneus Cracovien, missus fuit ad ipsum

Ioannem Regem cum certa summa pecunia quam ratione dotis Regi traderet. fol: 19.

Sub finem horum Comitiorum deputatus fuit Orator Paulus Plotowski Praepositus Varmiensis Conventum Prussia Grundecensem, qui celebrari debebatur pro Festo S. Stanislai, qui hoc in mandatis datum est, primum ut certiores redderet omnes Proceres Prussia, delatus esse ad se, quod magnopere illis intuet, praecipue vero Portui Gedanensi tuo, ualentissimus Turcarum Imperator, cum sci, at cum multo auro et argento abundare, et Bayli ita sibi persuadet, si hoc portu potiri possit, se facile toti Orbi imperare posse. Vt itaq; huic malo obviam eant, admonere iubet.

Responsum Consiliariorum Prussia ad praecedentem legationem.

Primum gratias agunt Regi, quod Summa cura ei sit, ne quid Respublica eorum detrimenti capiat, promittentes se eam rationem

inituros, qua huic malo, si res postularet, obvi-
fol: 38. am iri posset.

Oratio in oblato Semjsmo Sigismundo Se-
cundo Regi Polonie ense ac pileo a Summo
Pontifice Paulo Tertio recitata in Comitiis Ge-
neralibus Cracovie per Rasarium Nuncium
fol: 51. Apostolicum.

Legati fœderis ineundi cum Palatino Valachie
Stephano missi ad Kamienicz Andreas de Tenczyn
Castellanus Poloczensis et Joannes Bilenski Ca-
nonicus Plocensis Secretarius Regius, qui consti-
fol: 54. tuto fœdere redierunt.

Ordinatio eorundem Legatorum quomodo Justi-
tia exerceri debet inter confines populos et
fol: 63. Valacho.

Lucas de Gorka Episcopus Vladislaviensis
Legatus ad Joannem Marchionem Brandeburgen-
sem Ducem Prussie missus, ut si qua ratio-
ne posset, Marchionem ab hæresi abduceret,
fol: 77. a qua minime abduci potuit.

Rex Sigismundus finito Conventu Cracovia Vilnem profectus, ubi ad eum Legati, Sagibkirey Cæsaris Tartarorum venerunt, qui Juramentum servandæ pacis nomine Cæsaris sui præstiterunt. fol. 113.

Accepto Nuncio Sigismundus Rex de obitu Sereni Joannis Regis Hungariæ statim Legatum suum ad Isabellam Reginam mittendum statuit, qui eam nomine ipsius consularetur, omnibusq; in rebus opera et consilio ei adesset. Injuncta autem hæc legatio fuit Petro Kmita de Wiśnicze Palatino Cracoviensi, verum is eam obire noluit, cum honesta excusatione usus fuit. Postea legatio hæc demandata fuit Joanni Wielamowski Episcopo Camenecensi, sed et is pro ægritudinem ire in Hungariam non potuit. Ad Joannem Lbęski delata etiam hæc legatio fuit, verum is quoq; tum ager erat. Postremo demandata fuit Andreæ Czarnkowski Scholastico Cracoviensi, qui tandem eam obivit. — fol. 162. Mors Joannis Regis Hungariæ.

Eidem Andreæ Czarnkowski demandatum

erat, ut proficiscens Budam ad Isabellam Reginam Hungariæ descenderet ad Regem Ferdinandum, hanc nomine Regis ab eo postularet.

Primo ut Isabellam Reginam Hungariæ impedire nollet. Deinde ut quæ Dotis nomine Serenissimæ Dñæ Isabellæ partim data, partim promissa sunt, in his ne eam ei quoquam impediri patiatur. Postremo ut Filio Joannis Regis Hungariæ in fœderum conditionibus, quæ inter ipsum et olim Patrem ejus intercesserunt prospe-
fol: 164. rum velit.

Responsum Imperatoris ad Legationem quam Andreas Czarnkowski obivit. Primum pollicetur Imperator Isabellam Reginam Hungariæ Filiumq; ejus in Regno illorum non impediturum, conditionesq; pacis inter ipsum et olim Serenissimum Joannem Regem Hungariæ factas servaturum. Deinde Coercitum se immisisse dixit, non eam causam, ut Regno potiretur verum ut ipsum immune a Turcarum Jniu-
fol: 188. sione redderet.

Legatus missus fuit ad Solymanum Turcarum Imperatorem, Jacobus Wielamowski Subicus Regius. Cujus legati hæc summa fuit. Primo ut ea quæ sibi per Soboczki ab Imperatore promissa fuerant, quamprimum exequi possint. Deinde ut Isabela Regina filiusq; ejus in Regno Hungaria pacifice imperare possit, ab eo postulatum fuit. fol: 161.

Znowu wspomina się, iż król u Cesarza Tureckiego o. biecane sprawiedliwości przez Sobieskiego.

Responsum Imperatoris Turcarum ad Legationem Jacobi Wielamowski iisdem prorsus verbis Cæsaris datum erat. Omnino inquit jam deliberaverum Sigismunde Rex hoc Regnum Hungariæ armis bolli invadere, sed tuæ petitioni satisfaciens, me ab instituto divori. Sues igitur me Isabellam filiam Tuam in Regno Hungariæ regnare permiserum, dummodo mihi solvat singulis annis 50000 Ducat.

Hungaria jam Turco tributaria.

Ut res Hungariæ pacari possent, Commissarii deputati erant ex pte Ferdinandi et ex pte Isabellæ Reginæ Hungariæ, quibus data erat plenaria potestas concordia statuendæ inter ipsum Imperatorem

et Reginam Hungariæ. Qui Commissarii, cum ad
veterem Budam convenissent ibiq; hai de re ali-
quot dies consultassent nulla certa re constituta
discesserunt. Author hujus discordiæ fuit Mona-
fol: 181. chus et Valentinus Consiliarii Rnc Hungariæ.

Imperator animadvertens conditionibus pacis
inter ipsum et Isabellam Reginam Hungariæ,
per Comissarios ejus oblatis, non esse acquiscen-
dum, eos qui Budæ cum Isabella Regina erant,
expugnatis primum aliquot Castris, Exercitum
fol: 196. ad Budam collocavit.

Solymannus Turcarum Imperator audiens
Germanos, Castra aliquot in Hungaria expugnas-
se, præterea et Postum Civitem Præsidiis germa-
nicis firmasse commisit Baschæ Mahmet,
et una cum finitimis Præfectis auxilium ferat
Isabellæ Reginæ qui in Hungaria veniente Castra
prope Colociam quæ quatuordecim millitaribus
a Buda dictas, posuerunt.

Andreas Czarnkowski, qui et Hungaria a

Regina Isabella rediret, jussus est iterum reverti ad Imperatorem Ferdinandum, ut apud eum de tuto transitu Isabella Regina Cassoviam prospiceret, quid autem in hoc negotio effecerit, non extat. fol. 215.

Crebris sollicitationibus omnium consiliorum Prussia a cudenda moneta prohiberet. Ad hunc itaq; Legatus missus, cui mandatum erat, ut Du. cum Prussia admoneret ut cum fere omnes Civitates Regni cudere monetam desierunt, ipse quoq; eremplum aliorum sequeretur. fol. 219.

Legatio Ducis Prussia ad Sigismundum Regem in quo potiti a Rege, ut determinandis finibus inter Magnum Ducatum Lithuania et Terram Prussia, dies assignaretur. Admonet etiam Regem ne Livonien, quod multum ab eis etiam ultra Granities extirpatum et edificatum sit. fol. 223.

Responsum Sigismundi Regis ad Legationem Ducis Prussia. Primum inquit, quod ad terminandos fines attinet Sacra Regia Mtas diem assignat, Festum S. Petri et Pauli Commissarios

ad eos determinandos se missurum polliceatur. Ad ea quod attinet a parte Sovoniensium, gratias agit Principi quod diligenter observaret commoda
fol. 226. Reipublicæ.

Legatus missus fuit a Bona Regina Polonia ad summum Pontificem Joannem Civesti, qui apud Pontificem curaret, ut pecunia, quam ex
avaritia hominis
aerum Annatarum Palii, aliarumq; rerum solvi istis Episcopi consueverant in usus Reipublicæ conferatur. Quod ad ea responderit Pontifex, non
fol 232. ortat.

In Comitiis Cracovia actis, ita inter Serenissimum Sigismundum Regem et Oratores Imperatoris Ferdinandi convenerat, ut duobus Mensibus ante Conventum Uschovense libelli injuriarum et damnorum, quibus se subditi Regii a Silesiis, Silesii vicissim a subditis Regiis affici dicerent, conscriberentur. Qui postquam facta fuere, missi sunt Commissarii a Sigismundo Rege ad Conventum Uschoviensem cum his libellis, in

quibus erant descripta injuria et damna: datag
eis erat plenaria potestas injurias disjudican-
di, et justitiam exequendi. fol. 240.

Acta Commissariorum Regiorum in Conventu
Uschovien. Descriptio Ludi in Foro Parisius acti.

Ex Tomo Actionum Regiarum Vigesimo Annum Domini 1541 continente.

Legatio a Sigismundo Primo Rege Poloniæ ad Conventum Prussiæ Marienburgi indictum, ad diem S. Stanislai in Mojo data Paulo Płotowski Præpósito Varmiensi, ut cum Valachia, maximaq; pars Hungariæ in Turcorum potestatem venerunt communicatis inter se consiliis rationem ineant, qua unitis cum Regno viribus, hostium potentia, si qua foret necessitas resisti possit, utq; hanc ob causam contributionem statuerent, qua in omnes eventum, si qui motus
fol: 15 hostiles sentirentur, præsto esse queat.

Responsum a Consiliariis Prussiæ, datum Paulo Płotowski Nuncio Regio, quo Sæ Rē. Mti gratias agunt pro prientissima sua erga Terram Prussiæ propensione ac solicitudine qua illis optime consultum atq; prospectum cupit. In pecunia contribuenda licet ob annonæ caritatem

maxima sit temporum difficultas, tamen uti fi-
deles subditos decet, hac in parte se se quoq;
morigeros prastabunt. Quæruntur etiam se pre-
mi gravaminibus cum ex Regno improstiones
mitta in Prussiam, cum maximo hominum ca-
de fiant, et ut alterni in Arcibus Capitanei de-
stituantur, ac in eorum locum veri Indigena
sufficiantur. fol: 22.

Legatio a Sigismundo Primo Rege Polonia
ad Ferdinandum Romanorum Hungaria Bo-
hemiaq; Regem data Andrea Czarnkowski Scho-
lastico Cracoviensi, in qua postulavit ut pactis
illis, qua inter Ferdinandum et Joannem Hunga-
ria Regem intercessissent satis fieret fol: 39.

Legatio a Sigismundo Primo Rege Polonia
ad Isabellam Reginam Hungaria data An-
dreæ Czarnkowski Scholastico Cracoviensi
Regio Secretario, qui eam in difficultatibus
et incommodis, in qua inciderat solatur et Sere-
nissimi Parentis sui in succurendo afflictis illius

rationibus operam promittit, et quæ agenda su-
fol: 44. adet: Consilium aperit.

Eidem et ad Senatores Regni Hungariæ Lega-
tio data est, quæ Regiam Mtem excusat, cur
ad tutandam filiam Serenissimam Hungariæ
Desperata Consilia Reginam nullas copias miserit, suadetq; po-
tius acceptandas conditiones a Ferdinando Roma-
fol: 4. norum Rege propositas.

Legatio a Sigismundo Rege ad Ferdinan-
dum data Magnifico Andreæ d Gorka Castel-
lano Posnan et Majoris Poloniæ Capitaneo
Generali Vilna ut quæ Serenissimæ filiæ suæ
Reginæ Hungariæ ex pacto debentur ea pra-
fol: 48. stando curet.

Eidem data Legatio ad Isabellam Vidnum
Reginam Hungariæ Budæ obsessam, quæ Con-
silium Serenissimi Regis exponit, potius con-
ditiones a Ferdinando Romanorum Rege pro-
positas illi esse acceptandas, quam ut Filium
fol: 52. onum regnare velit

Eiꝫ quoꝫ Legatio commissa est ad Consiliarios Rñi Hungariæ ut perspectis ipsorum animis diligenter perficere conetur, quo cum Ferdinando Romanorum Rege in gratiam redeant, illudꝫ enimoquum Regiæ Mtti videri, ut utringꝫ Pacta servarentur. fol: 54.

Legatio ab Isabella Vidua Regina Hungariæ ad Ferdinandum Regem, per Andream Magocz habita, qua innocentiam suam testatur de Oratorum ad Turcarum Imperatorem missione, neqꝫ ex ipsius consilio esse profectos, quo sopius etiam eo itinere ne irent. Literes et nunciis revocare conata est, neqꝫ etiam Turcis contraire unquam in animo habuisse, sed concordiam semper spectasse, paratissimam se se offerens ad pacis conditiones accipiandas. fol: 58

Obligatio Emerici Bebek Oratoris pro Serenissima Isabella Hungariæ Regina Ferdinandum Romanorum Regi facta. fol: 61.

Propositia per Emericum Bebek Oratorem Regi Ferdinando pro parte Regine
fol: 62. Isabelle.

Responsum a Rege Ferdinando Emerico Bebek Oratori datum in quo declarat se, quo pacto ad ipsius postulata condescendat et
fol: 62. consentiat.

Responsum a Sigismundo Rege et a ejus Filio Regibus Polonie, datum Emerico Bebek Oratoribus Isabelle Regine, qui petierant Legatum aliquem ex Rm̃i Proceribus de Serenissimam Reginam Hungarie mitti quod ante ipsius adventum factum affirmarent.
fol: 67.

Responsum Ferdinandi ad Legationem
fol: 69. Andree Czarnkowski datum.

Legatio a Sigismundo primo data Stanislao Aulico Regio ad Carolum V Cesarem, qua postulat, ut Sa Ca Mas Decretum proscriptionis a judicio camere contra Albertum

Ducem in Prussia abrogari iubeat, neq; enim cum armis alicujus pcte, aut vim aliquam inferre patiatur. fol: 84.

Eid quoq; ad Ferdinandum Romanorum Regem in eadem causa legatio data est. fol: 90.

Commissia quoq; fuit illi legatio, et a Bona Regina Polonie ad Carolum V. Romanorum Imperatorem petens sibi de negotio status Ducatus Mediolanensis, Turcq; dotis quæ Reginali. Illi super Cremona et Tortuna debetur, responsum dari, præterea negotia quædam ad Ducatum Barensem spectantia exponit. fol: 92.

Ferdinandus Romanorum Rex Carolo V Romanorum Imperatori, intercedit pro Alberto Duce in Prussia ad revocandum proscriptionis sententiam et negotia Bone Regine Polonie ei commendat. fol: 94.

De obsidione et oppugnatione Buda ab Exercitu Ferdinandi Romanorum Regis. Buda a Germanis teneri obsidetur. Fol: 143.

Descriptio et declaratio quomodo Buda per Turcos fuerit occupata, et de cæso Ferdinandi Romanorum

260.

fol: 158. Regis Exercitu.

Relatio eorum, qua Andreas de Gorka castella-
nus Posnaniensis apud Turcarum Imperatorem
post Budam occupatam. egerit.

Principes Ecclesiastici et Seculares Silesia, im-
fol: 120. plorant auxilium a Sigismundo Rege contra Turcam.

Responsum Regis ad precedentem petitionem
Principum, se tanta de re absq; Consiliariis quia.
fol: 174. quam statuere posse.

Carmen Clementis Janitii Pocte Laureati, ad
Antonium de Cassovia medicum, de Buda per
fol: 181. Turcas occupata.

Ferdinandus Romanorum Rex Sigismundo
Regi significat, Cesaream Mtem proscriptionis
sententiam contra Illrem Albertum Ducem
in Prussia ad annum Annum suspendisse, ut
interim communes Commissarii negotium hoc com-
fol 191. ponerent et terminarent.

Legatio ab Alberto Duce Prussie ad Sigismun-
dum Primum Regem Polonie, qua consilium

suum aperit, quid Regiæ Majestati post captam a Turcis Budam sit agendum. fol. 191.

Descriptio eorum, quæ Zenowicz a Serenissima Hungariæ Regina Isabella missus Sr. Rmi. Mti Poloniæ a Hungaria veniens, retulit: nimirum Serenissimam Hungariæ Reginam, amissis omnibus rebus pretiosissimis, magnam egestatem sustinere, et id eo rogare Srmum Parentes suos ut illius angustiarum misereri, eiq. et consilio et auxilio esse velint: atq. hoc precipue flagitat, ut a Gubernatore Thesaurarii Monachi libera esse possent.

Legatio a Sigismundo Rege Patre et Filio et a Bona Regina Polonia ad Isabellam Reginam Hungariæ, qua cum in angustiis solantur ne animo concidat, et securis confidat, paratissimos esse ad opem ferendam rebus ipsius afflictis offerentes.

Ex Tomo Actionum Regiarum Vigesimo Primo Annum Domini 1542 continente.

Rerum ac temporum mutationes, quæ Reipublicæ damna ac detrimenta ab hostibus rapacissimis fere videbantur Regiam Mttm in Lithuania ex iis ingentibus distentum, Conventum generalem edicere coegerant. Eum igitur ipsum Conventum missis ad Senatorium et Equestrem Ordinem literis, ad Epichaniarum diem Petricovia edicendum curavit. fol. 4.

Quod præsium ac destinatum Comitiorum tempus cum pestiferam aëris contagionem portenderet, illud ipsum in Dominicam Reminiscere ob metum periculi est protractum. Cum itaque aura placabilior et præfinitum illud tempus Quadragesimæ, paulo ante celebrandis Comitiis destinatum propinquum, ac quasi in ipso homine foret. Ordo tam Senatorius, quam et Equester Conventum Generalem celebraturus, Petriconiam

iter adornabat. Regia autem Mtas ob ei partim adversa valetudine, partim etiam arduis Lithuanie Ducatus impedita negotiis, presens nullo modo in Comitiis esse poterat. Literis tamen cum Senatu agebat Con, fol: 12.
ventum ut agerent Generalem, in quo salubrem aliquam, eorum quæ impendent periculorum propul, sandorum rationem invenire possent.

Addidit preterea legationem suæ prudentissimam quæ omnia impendentia Rñi pericula, acri discutienda ac propulsanda Judicio demonstrabat. Ponens illis ipsis ob oculos Regnum Hungariæ, a Scelesto Turcarum Tyranno, tot modis afflictum. Budam contra Jus fœderum captam: Reginam Isabellam obsidione cinctam, quæ sibi nihil aliud quam ingentem solicitudinem inere, dibilemq; parere nunciabat dolorem. Monebat ve, ro hujus rei diligentissime ne in fœderibus tanto per securitatem fiducia collocarent, Budam illis digito quasi indicans, cui vastitas quædam contra Jus fœderum a Tyranno immanissimo fuit illata

quamobrem acri et festina deliberatione opus esse,
ut huic flamma proxima Regna urenti, maturo
occuratur Consilio, quo securiores pretextum hunc
fœderum ferre possemus. Accedebat et illud quod
non solum a Turcis verum etiam Scythis, Vala-
chisq; minus adhuc tutissimus. Valachum cui
certo fama nunciabat, illum consilia quarere ta-
lia, quo facilius im memor fœderum Provinciam
Pokuic occupare posset, idq; etiam palam illum
fol: 14. profiteri fama nunciabat quod n alterius, quam
Cas Tuæ indinitu, ista ipsa gerendi belli, occa-
pandæq; Provincia conquirere consilia. Ex quo fa-
cile conjectura ipsa videre est, quantum Turcis
fœderibus sit fidendum his itaq; et quam plurimis
Reipublicæ necessitatibus, ut Senatores deliberati-
onibus suis aliquo præsentissimum afferent reme-
dium Regia Mtas diligenter monebat, simulq; occa-
sans absentia suam Cujus principalis causa
Comitia absente Rege. — ægritudo imbecillis corporis extitorat. Consulantibus
itaq; Senatoribus Regni de iis rebus quas Reipublicæ

causa Regia Mtās ad discutiendum proposu-
erat. Interea Litere ab Hungariæ Regina Isabella
allatæ fuerunt quibus supplex orabat, ut in discri-
mine presenti Regia Mtās pro paterno suo erga Fol: 121.
se amore opem sibi ferret a mediis periculorum
eriperet. Turcarum enim Exercitum venturus fere-
batur qui Hungariæ Ditiones ut paulo ante fa-
dam depopulaturus erat. Hoc itaq; terrore per-
culsa ad auxilium Parentis, tanquam arcem
tutissimam confugiendum sibi putavit. Scribit
itaq; Regia Mtās Senatui Petricovio Comitia
agenti se variis fluctibus solicitudinem affici,
a quo primum quod Filiola sit in tantis fortu-
narum adversitatibus posita. Deinde quod in
festiferæ auræ depultatione Senatores versaren-
tur, quamobrem diligentissime monebat ut sa-
lubrem viam aliquam deliberationis invenirent
quo pacto sit Srmæ Filiæ totiq; Regno Hunga-
riæ succurendum, hoc enim in negotio Consi-
lium præsentium Comitiorum sibi expectandum

consebat. Comitia vero ut quam celerrime absolve
re seseq; ex hoc vite discrimine cripere possint,
vehementer efflagitabat. Epistole huic Senatus
quoddam responsum cohibebat, consiliumq; suum
quomodo sit Srmo Filio Regnoq; Hungarie suc-
rendum exponebat. Totum autem auxilium fuit
a Consiliariis in legationibus obeundis consti-
tutum. Legationem itaq; primam ad Turcarum
Imperatorem mittendam censebant quo prudens
Orator Filiam Nepotemq; Regis Attis illi comman-
daret ac post victoriam illam Budensem quod
incolumes ex potestate sua emiserit. Ditionibusq;
Transylvanie honorarit Summas ageret grati-
as. Secundamvero Legationem ad Regem Galliarum
ut ipse hoc ageret perficeretq; apud Cesarem Tur-
carum et interpellatione et opera ejus Buda
fol. 133. filio Nepotiq; Attis Regia redderetur spici-
facta Hungaris per Statitiam ut satisfactum
esse velit obsecrandum. Ad Romanorum etiam
Regem non intempestivum illis Oratorem mittere

qui cum eo nomine Mttis Regiæ apostularet, ut Turcam irritare bello Hungarico desisteret, hac enim iritatio maximum incommodum et periculum Srmæ Filiæ, Nepotiq; ejusdem Regiæ Mttis porrevidetur. Quid si satis se instructum ad resistendum Turcis Budamq; recuperandam ac Hungariam retinendam esse animadverteret. Mttem Regiam nihil obstare, quo minus Rnum Hungaria in potestatem suam redigeret. Porro ad inviolabilitatem Srmorum liberorum conservandam, illud maxime visum fuit, in Hungariam quoq; Orator insignis mitteretur, cum honesto et luculento comitatu Equitum, Peditumq;, qui quidem Comitatus Exercitum justum non face, ret sed tamen tutum iter per inquieta loca, discordiarumq; plena profitiscenti præberet. Ad eam autem legationem obeundam maxime idoneus visus fuit Petrus Kmita palatinus Cracoviensis amicitiis enim et gratia plurimum valebat apud illam gentem cui demandatum

juerat, agere cum Monachis aliisq; proceribus Hungariæ ut Serenissima Regina una cum Filio ejusdem adhærentibus deduceretur Cassoviam, eamq; urbem in potestate sua haberet, traditis (si res exigeret) reliquis Arcibus Monacho, ut liberaliter ac pro dignitate illius sumptus ei suppeditarentur. Ejse autem a re Proceres Hungariæ Rñi ut Maresc salvus et incolumis sit, et ne in potestatem Turcarum Imperatoris perveniret prætextu enim defensionis Turca Rñm Hungariæ facile occuparet. ubiq; subjugaret. Si vero proceres huic Consilio acquiescere nolent Sermum Filium nepotemq; Oratori et illorum navibus eo jendum in Polonia deducendum esse enim communicato tamen prius cum Petro Petrowicz et fidelibus aliis Consilio. Si autem ita res ecciderit ut nihil superesset illi præter in Poloniam conjugium Cæsari Turcarum nunciandum erit vrandumq; ut Bona cum venia illius jeret ut Vidua huic tenere Famina

pamidius duturnoq; metu in obsidione Budensi debilitatee liceat in Polonium parnumper recreationis causa secedere et ubi paulatum respiravit iterum in Regnum redire. Hac etatia multa R.M Senatus deferendo Regnum Hungaria subsidio porscribebat, ad diderat etiam et consultationum suarum rationes, quæ in negotiis Reipublicæ ab illis susceptæ fuerunt.

Ac contra repellendos hostium impetus, nulla alia præsertim absente Regia Mtte exquisitior in annum præsentem defensio excogitari poterat, quam ut miles Mercenarius fol. 141. conscriberetur, ad quem alendum contributionem publicam decreverant, cujus pecunia ne aliorsum excepta Rnii defensione expenderetur magnopere a Regia Mtte poticrant. fol. 148.

Brevissimo tempore hæc Comitia duraunt, tum ob Regis absentiam, tum quod pestis vires resumere videretur quam ob rem multa, in alia comitia rejecta fuere. Consilia vero

legationum qui Senatus decreat, quædam ob certas causas neglecto quædam diligenter executu fuere.

Ad Ferdinandum, quod suspicionem aliquam apud Turcam procul dubio allatura esset est omissa.

Legatione autem apud Turcam functus est Jacobus Wielamowski nulla alia de causa quam ut Reginalis Mtas, ex his in quibus maxime versari videbatur periculis liberetur quam primumq; in locum deduceretur tuti. orem, idq; ñ sine gratia Turcarum Imperatoris, cui primum Orator pro benevolentia et favore, quo Reginalem Mttm est prosecutus gratias agit ingentes.

Cæsar autem Turcarum Oratori Wielamowio, in eam respondit sententiam, maximæ inquit sunt mihi curæ liberæ Mttis Regiæ huic rei operam dare ne in realigua injuriam a quovis pati videantur. Subditos etiam illorum eo

impolli mando ut ñ solum pro dignitate sumptus illi suppeditent, verum etiam Imperium illorum diligenter exequantur.

Sub finem anni hujus tractatus de novi Regis Matrimonio ante Sexēñium instituto, orti fuerant his conclusis restabat locus temporis nuptiarum celebrandarum præfigendum in quo designando, dum vario Rēgum interessent sententiæ. Ferdinandum enim Vratislaviæ, Regia vero Mtas Cracoviæ commodius peragenda curis de causis asserebat. Libentissime tamen Ferdinandus Rēgis adhæsorit consilio.

Informatio a Sigismundo Primo Rege Poloniæ data Commissariis ad ostendendos fines inter Poloniam et Ditionem Turcarum. fol: 83.

Senum Testimonia pro limite inter Poloniam et Turciam Informatio altera Commissariis ad ostendendes limitis inter Ditiones Rñi Poloniæ et Turcarum. fol: 86.

fol: 275.

Commissio ad regendos limites inter Poloniam

fol. 278. et Turciam.

Instructio Alberto Starzechowski castellano Bełzensi et Lupo Podlodowski, quomodo se gerere debeant in administranda Justitia subditis

fol. 280. Turcis et nostris hominibus.

Privilegium Vladislai, Hungariæ, Poloniæ, Croiæ de Regis, quod sumptum erat, ad comprobanda

fol. 284. testimonia super finibus Poloniæ.

fol. 268. Instructio Comissariis ad fines regundos inter Poloniam et Marchia nova Pacta seu Contractus inter Ferdinandum et Isabellam super commu-

fol. 244. tatione Bonorum.

Oratio Martini Cromeri ad Paulum III Pontificem Romanum nomine Sigismundi Primi

fol. 307. Regis Poloniæ decogendo concilio.

Ex Tomo Actionum Regiarum Vigesimo Secundo
Annum Domini 1543 et 1544 continente.

Comitia anno superiore absq; Mtē Rēgia per-
acta. Causam huic alteri Generali Conventui ut age-
retur præbuerunt. Nam et ob abstinentiam Regis
atq; pestifera aura periculum multa et ardua Rei-
publicæ negotia in præsentem Conventum hunc
rejecto fuere et quod Senatorius ordo ad propulsan-
dos hostium impetus qui Regno impendere videban, fol. 3.
tur, vallum ad unius anni spatium defensionem con-
tributarium paraverat, solidioris q; ac longioris de-
fensionis consultationem, in hoc Comitia, atq; fe-
licem Regum adventum rejecerat, ratus fore pre-
sente Rege se meliorem defensionis rationem
excogitaturum. Perspiciens itaq; Mtās Rēgia debili-
tatem quandam præteritorum Comitiorum quam
absentia illius, atq; aurae pestiferae repulsulatio
ejecerat, tum etiam videns multa, ea quæ in con-
sultationem veniebant, inconclusa remanere

Optimi Regis fungens officio, providensq; ne Regnum
in aliquo detrimentum pateretur, Conventum Cracoviæ
in diem Agnetis edixit celebrandum, in quo contra
Turcarum Valachorum, atq; Scytharum minentem
impetum aliquod tutius salubriusq; inveniretur
præsidium Itaq; more majorum particularibus Con-
ventibus absolutis, convocatoq; in diem præstitum
Senatu, Consultationes de Rejpublica fiunt Ac pri-
mum illa tuendæ ac defendendæ Rejpublicæ delibe-
ratio extiterat, quo nihil aliud, quam publicam con-
tributionem induxerat decernendam. Dabat quoq;
Majestas Regia operam, ut etiam Lithuanicæ
Ducatus, suppetias nervumq; belli in communem
Rejpublicæ defensionem exhiberet quod ut idem
etiam Prussia præstarent, ex Senatus consilio, di-
ligenter cum illis agebat, ut etiam vires, et si
in milite, nervum tamen bellicum ad repri-
mendum hostilem impetum Regni viribus
jungerent qui quidem ne præstarent subsidia,
immunitates privilegia sibi data et concessa

prosecrebant, addentes illud, quod a talibus Epis-
copis, quas extra terras Prussiæ pars attingeret
vel præsentia Persona sua vel suppetiis ju-
vandis immunes ac liberi hucusq; permanse-
rint. Durum autem inquiebant esse, si a Patria fol: 28.
libertate ab antiquis juribus ac clementer patris fol: 29.
immunitatibus exturbarentur Regi autem Senatuq;
acrius instante, tandem contra Turcarum sotum
impetum, Præsidia Regno, tam præsentia sua
quam etiam suppetiis solaturos promiserunt:
quod ab Equestri Ordine inigno quodammodo ac,
ejiciebatur animo efficere enim volebat ut
contra hostem communem Regno forent sub-
sidia. Admonendos itaq; adhuc illos majestas
Regia decreverat: et si forte voluntati parere
recusarent, in futuro Conventu generali contro-
versiam hanc immunitatum decidendam utriq;
Ordini Regia Majestas promiserat, hoc idem
et de Zatorien Osviecimensiq; Ducatu fuit
constitutum.

Catorum in his ipsis Comitiis Dux Prussiæ magnopere literis petiit a Mtte Regia ut limites inter Prussiæ Lithuaniæq; fines discernerentur, ajebat enim Terræ Kodzyce portionem quandam Proceres Lithuaniæ sibi pro hæredita. rio dolo usurpari. Rex itaq; Commissarios hu. ic Negotio decernendos statuerat, qui diligen. ter, rem introspicerent, Regemq; certiorem re. derent utram ex illis pars injuriam majorem pateret. Similiter et de appertenda in Silesi. am via cum Rex Rom. ageret cum Regia
fol. 46 Mtte ijsd Comitiis fuerant Commissarii designati qui utriusq; gentis querelas cognoscerent cognitisq; ita apud se perpenderent ut uniciq; injuriam ali. quam passo etiam minimo justitiam pro recti. tudine judicij sui administrarent ut eo liben. tius citiusq; Regia Mtas ad relaxandam antiquan. damq; oclusivis vie sententiam animum inducere possit. Ac qui fuerint ex utraq; parte Commissarii huic rei p faciendæ destinati ex folio cognos:

Actus fuit hic Conventus geralis fere trium Mensium spatio in quo negotia Rei. publice multa et ardua absoluta Regnig sta. tuta acuta fuere.

Fine itag Comitiis impositio celebratæ sunt Nuptiæ Sigismundi Augusti Regis novi, cum Elisabetha Filia Regis Romanorum, quarum solennitas duas mansit hebdomadas fol: 53.

Dotis autem tertia pars 33333 florenorum in auro per eos Legatos, qui Virginem Sponsam adduxerant, nox fuit allato sed literis obstrin. xerant, se se nomine Ferdinandi Regis Domini fol: 55. sui in proximum natalis Xti diem illam per. solaturum fore.

Nuptiis itag perfectis et absolutis, Lega. tus a Consiliariis Hungariæ venerat qui dili. gentissime cum Rege agebat, ut Filiæ nepotis suo ad denig afflicto Hungariæ Regno, ne ad fol: 75. extremum everteretur, consilio et auxilio ad. esse velit.

Cui in eam sententiam fuit responsum. Quod inquit ad auxilia forenda pertinet, ea multo modo prastari posse. Nam et fœdera cum Turca suscepta vetant, et Ferdinandi arctissima conjunctio, quæ nuper cum illo intercessit prohibet. Quamobrem mittendum potius duxit Mtãs Regia ad Imperatorem Turcarum, postulans pro amicitiæ jure, ut is Filiam cum Nepote Mtis suæ in eo quod sc. mel illis donavit, secure ac quiete regnare paterctur, et ab hostibus si opus fieret, defenderet.—

Agendum etiam sibi, et cum Rege Ferdinando censuit, postulans pro necessitate mutua, ut pro bono non solum Hungariæ, verum etiam Dominiorum ejus ac totius Christianitatis ne Regnum istud, quod retinere adversis fatis non potest ad extremum perderet, et sibi in super suisq; Dominiis perniciem adsciscceret: sed sineret potius nomine Serenissimæ Filiæ ac Nepotis Mtis Regiæ,

vel saltem ad tempus Hungariam servari ac re-
tineri, quod Imperator Turcarum minime reau-
sabit. Et ipse vires interim recolligere poterit,
quibus melius Turcis resistere posit. Quo con-
silia Senatus Hungaricus libentissime excepe-
rat, vehementerq; comprobaverat.

Sequitur Clarissimi Baronis Joannis Ostro-
rog Juris utriusq; Doctoris monimentum de Re-
publica ordinatione pro Comitiis Generalibus
sub Rege Casimiro. fol. 99.

Stanislai Orichovii de ordinanda Republi-
ca doctissima ac elegantissima dissertationes. fol. 119.

Descriptio bellica Expeditionis, excerpta
ex Regestris Casimiri Regis.

Modus instituendi Tributi ad defensio-
nem Regni contra infideles.

Anni Domini 1544 memorabilia.

Quod proxime superioribus Rni Comitiis defen-
dendi ratio ejusmodi fuerit decreta, quo ad ma-
jorem aliquam vim promtiandam parum

prorsus momenti esset habitura, propterea Re-
gia Mãs, videns a potentissimo Turcarum Ty-
ranno ingens periculum imminere Conventum
Petricovie in Epiphaniarum diem edixit celebran-
dum in quo cum Senatu aliquam viam rectumq;
consilium, tuendi ac defendendi Rni inire posset.
Videbat enim acerrimum hostem iam quadam
molientem, apud quem nulla fides, nulla fœ-
dus sanctimonia; prorsus fulminare. Cui pre-
operis in Hungaria successibus elatus, ferridus
ut Leo negiebat, neq; putabat sibi satis esse,
quod Hungariam afflixerit, quinq; Ecclesias, lo-
caq; munitissima expugnavit. Sed et Cassovi-
am quæ prope jam una restare videbatur
fol: 158. in Hungaria munita civitas, quamois ñ in
Romanorum Regis potestate fuerit, nihilomi-
nus tamen eam expugnasse penitusq; de-
vorasse ferebatur etc.

Metuens itaq; perfidiam Turcicam Regia
fol: 189. Mtãs qua multos alios principes jam illusisse

videbatur rationem bellica Expeditionis que contra
vim validam Turcarum sufficere posset, una
cum Senatorib adinvenit, ut autem miles in fol: 189.
finibus Regni alceretur, qui incursiones levi,
ores hostium prohiberet et ducillorum contributi
one pecuniam colligendum decreverant. fol: 163

Occlusio item vie in Silesiam ob hanc ma.
xime causam non fuit reserata, quia Silesia
erga Polonos nolebant se in jure vicinitatis con,
servare, qui agris suis à contenti finibus suos
trangressi, agros et fundum Polonie occupabant.
Granicies per utriusq; Dominii Commissarios
non ita diu factas destruxerunt, signa grania.
alia everterunt et annihilarunt etc. proinde
animum Regium a se et reseratione vie
abalienarunt.

Hac dum in Comitiis geruntur venit Ora.
tor Alberti Ducis Prussie, Legativnemq; sa.
tis protiam, nomine Ducis sui exposuit. fol: 180.
Quod diligentissime apud Regiam Mtem egit

rationes nabbas proferens se nihil prorsus incommodi moneta sua novo Regno adferre. Deinde unice petiit, ut malleo monetario
fol.225. diutius uti prosit.

Hoc fere etiam tempore nuncius Isabellæ Reginæ legatione functus est spyræ in Comitiis apud Carolum V ac Ferdinandum Regem Romanorum, cujus Caput illud erat Reginalem Mtem ex arbitrio Serenissimi parentis sui Transylvaniam, potissimam Rnī Hungariæ provinciam illius Mtī in manus et potestatem dare et illa cedere in effectu velle: sed hac lege in conditione ut illius Mtās sibi et Filio suo daret vicissim in Silesia Opoliensi Ratisburgen, Glogovien Ducatus, cum omni jure et pleno Dominio tandiu possidendos fruendosq, donec O Max Deo res Christianas fortunante, Majestas illius tota Hungaria a Turris recuperata patrimonium et possessiones omnes defuncti Joannis

Regis, dare et restituere valeat Serenissimæ Dñæ Isabellæ Reginæ ejusq; Filio in manus suas, rum Majestatum seu alterius eorum.

Huic Legationi tale Responsum datum fuit.

Multas causas huic rei perficiendæ obstare, ex quibus una talis prolata fuit. Ducatus inquit, quos Serenissima Dña Isabella sibi dari postulat hodie non esse in potestate Mtis suæ. neq; enim si libenter vellet, illi integrum sit eos fol. 233. ipsos Ducatus, ut pote gravissima pecunia summa quignoratos et ad tempus aliquanto longius inscriptos tam cito redimere, visum tamen fuit ambabus Majestatibus ex re et commodo utriusq; partis fore, ut actiones istius negotii ad Comitia Imperialia sub hyemem proximam futura differantur. Tunc enim per Mtem Cæsaream Srnssmo Regi Poloniæ tanquam arbitro et illius Filio Srnssmæ Isabellæ facile licebit, cum volent Consiliarios et Commissarios suos plenum habentes mandatum et Instructionem

ad suam Cæsaream Mtem, in prædicta Comitia mittere in hunc finem et effectum, ut præmissis omnibus et singulis negotiis amicabili aliqua compositione facta, interveniente authoritate et deliberatione, tam suæ Cæsaræ Mtis quam etiam Serenissimi Regis Poloniæ, ad executionem iam tandem aliquam, novissimi et prioris tractatum deveniretque at. Circa quod majestas Cæsarea, omne Paternum studium, se inter utrasq; partem adhibituram esse sincere polliceatur etc.

De sarciendis damnis et injuriis Polonorum
fol: 47. et Silesitarum per Commissarios.

Oratio ad Sriam Virginem Elisabetham Regis Ferdinandi Filiam, ad sponsum in Poloniam euntem, dicta Olomucii per Samuelem Maciejowski Episcopum Plocensem et Rti Polo-
fol: 49. nie Vice Cancellarium.

Petri Gamrathi in expectione Elisabethæ Reginæ in Cathedrali Ecclesia Cracoviensi Ora-
fol: 52. tio. Hosius fecit.

Epitalamion a Clemente Janicio conscript.

Legatio a Carolo V Cæsare Catholico ad Sigi. smundum Patrem et Filium Regis Poloniæ per Alphonsum de Aragonia Consiliarium et Oratorem Ejusd Cæsarea Mtti exposita. Quo nihil aliud in se continere videbatur, quam testificationem studii cujusdam, qui in Mttes has Imperatoria Majtas non mediocri propendere visa est. fol: 278.

De tradita Sigismundo Augusto Lithuania. fol: 289.

Ex Tomo Actionum Regiarum Vigesimo Tertio Annos Domini 1545 1546 1547 continente.

Anno Dñi 1545 oppugnante Hungariam Turrarum Imperatore metuens Sigismundus primus ne potitu Hungaria Poloniam adoriatur Conventum Generalem Cracovia pro Festo Epiphaniarum ñdi. cit inquo de communiendis ab Hungaria, Valachia, Tartaria, Finibus deliberandum proponit et ab omnibus ipsis cavendum esse. Nihil in eo constitutum erat nec ulla publica contributio decreta, nihilominus ne Rñi fines ab hostibus infestarentur Episcopi et Clerus Rex similiter ex Oppidis suis privatum contulerunt pecuniam ex qua mille equitu ad præsidia Russiæ constituti erant.

Król z Duchowien. Stwem i. brone obmy. slaią. — fol. 16.

Rex Junior a Lithuania Cracoviam venit, ubi de insperata morti Uxoris Elisabethæ Vitæ relictæ nunciat.

Legatus a Sigismundo primo ad Carolum V.

Imperatorem et Ferdinandum Romanorum Re-
gem mittitur Elisabetho mortem nunciaturus. fol. 23.

Ferdinandus pro apparata defuncta Eli-
sabetho scribit et Nuncios mittit, quos Si-
gismundus primus Filio recusanti reddere
consct. paulo post Sigismundus secundus
ad Paulum Papam III Nicolaum Myszkow. fol 27.
ski cum obedientiæ professione mittit qui fol. 29.
nomine Regio Illis Summum Pontificem re- fol. 31.
misionem patiū Archiepiscopatus et Episco-
patus Cracovien in publicos Rñi usus con-
vertendi pro hac modo vice petūt.

Evē Anno Commissarii ad Conventum Va-
lachicum ad diem S. Joannis Baptistæ con-
stitutum eliguntur, qui de injuriis mutuis
cognoscerent. fol. 45.

Anno Dñi 1546 pro Festo S. Catharī-
na Comitia Rñi Cracovie indicunt, causa fol. 36
periculorum admovendorum, quæ interim partim
a Turcis Hungariam transeuntibus partim

a Tartaris, partim a Valachis impendire vide-
bantur.

Postulata hæc Nuncii Turcarum nomine
fol. 59. totius Equestris Ordinis Regi Sigismundo ac
Senatui obtulerunt. Primum omnium quo Du-
catus omnes Rni Polonio unitos, ad onora
Rni subeunda publica authoritate adducan-
tur, et ne Vicerogens in Masovia fiat.

Deinde ut Dos Regino Bono in alias
possessiones transferatur tum ne Rex eudi
monetam patiatur aliam quam intorim cu-
debatur Cracovie. Neve aurum et argentum
e Regno Polonio exportaretur.

Eo tempore quog Prædones Lithuaniæ
agressos Ozakoviam spoliare nunciatum
erat, quod cum Turcarum Imperator in festis-
simo tulisset animo, Rex Sigismundus priv-
motuens illi fœderis rumpendi occasionem
dari Legatum mittit, qui fuscalentam savis-
simi Crebri vesaniam mitigaret. Qui rursum

cum legato suo responsum tale misit. nisi damna subditorum ejus fuerint compensata, cogitare cum velle de subditorum ejus fuerint cogitare cum velle de subditorum injuria adiscenda, simulq; Regestra quibus damna fuerant taxata misit quæ quidem Sigismundus primus pacis consulendo proprio sumptu redemit, de Authore vero incursionis istius inquirendum se recepit, et ad Sigismundum Filium, ut quamprimum eis comprehendi juboat, scribit, quo digna pœnam presentia Legati illius afficerent, sed cum nulli reperiri potuerant; discedere Legatus Turcarum coactus erat, ne diutius in ambiguo Imperator illius versaretur.

Et cum interim a Valacho multa fuerant illata injuria legatio ad eum per Jacobum Wilamowski mittit in qua precipua de mittendis in confinia Dominiorum mutuis Commissariis agebatur quo facilius utrinsq; subditi justitiæ habere potuerint remedia

qui Legatus ibi erat detentus neq; dimitti patie-
batur quo ad Legatus Eius a Rege, cum justo
responso advenisset. Multum enim se damni
per subditos Regios accepisse scribebat, pra-
certim vero quod Administros illius a Moscho-
via redeuntes prædarentur.

Missi igitur sunt Commissarii Regii ad
cognoscendas injurias, sed quoniam nemo ex
Valachia venerat, negotium illud non erat per-
fectum, redierc Commissarii.

Interim Palatinus moritur, cujus Filius ejusdem Elias succesit.

Serenissimus Rex Romanorum equationem monetæ
per suum Legatum a Sigismundo Primo Poloniæ
Rege petiit, cui nullum certum datum erat respon-
sum, eo quod hac de re ordinum Sententiæ, non-
fol. 116. dum explorate fuerant.

Alberto quoq; Duci Prussiæ, moneta cudi
interdicitur, qui eo tmē apud Sigismundum
Secundum questus fuit maxime. Quoniam vero
proscriptione Camera Imperialis mulctatus est

Albertus Dux prus-
sie a Ca-
mera Im-
periali pro-
scribitur.

summis precibus orabat, quo interposita Autho-
ritte sua, eum ab hac proscriptione liberaret, mis-
sus igitur erat Legatus ad Cæsaream Mttem Mag: fol: 120.
Achatius Czema qui de abrogando proscriptionis
Decreto nro Sigismundi Regis cum Cæsarea Mte
agat. Quid autem sibi responsum, erat in hoc
Tomo ñ constat.

Idem Legatus mittitur ad Joachimum et Joan-
nem Marchiones Brandeburgen, quo Commissa-
rios mittorent, qui una cum Nunciis Regiæ
Mttis de limitibus Ditionum Regiæ Mttis
et eorum Illustritatum agnoscerent. Multi enim
ex subditis Regiæ Mttis fines turbatos, ac pro-
inde multis incommodis se affici deflebant et
hæc quidem in communi utriusq reverendo e-
rant in specie tamen ad Joachimum Legatio
commissa erat ut quo bona Conjugi suæ
Filiæ Regiæ Mttis inscripserat ab omnibus
prorsus obligationibus alienis sint im-
munia.

Dum hæc geruntur, Legatus ab Elia Palatino
Valachiæ venit qui imprimis amicitiam Regiæ
fol: 127. Majestatis nomine Eliæ creati palatini postu-
labat, cujusdam parentis ejus, in retinendo Regiæ
Mtis Legato commissam deprecabatur, et ne
injuriis subditos Valachiæ affici permitteret ac-
monuit.

Auri tale responsum erat datum Regiam
fol: 128. Mtem studium hoc de cumulanda sibi bene-
volentia libenter amplexum esse, et ne per sub-
ditos suos, aliquid ejus subditi detrimenti ca-
piant curaturum, ideoq; Commissarios mittere
in aliquod confine suadet, qui cum Regni Le-
gatis de injuriis mutuis ditionum agnosce-
rent et decernerent.

Post discessum Legati quidam ex subditis
Regiæ Mtis oras et fines Valachiæ populari
fol: 130. atq; Palatinum sibi usurpare velle ferebatur.

Denuo igitur Legatus a Woiewoda mittitur,
qui injurias ac damna sibi illa exponeret,

ac quis sit ille qui se Wojewodam Valachie nominaret apud Regiam Mtem inquireret, et cum sibi tradi curaret, ita, ut nisi damna hac resarciantur, et suus Author traditus esset omnino ad Cesarem Turcarum Wojewodam deferre velle. Huic ita responsum erat Regiam Mtem de eo, qui sibi titulum falso usurparet, Valachiam vendicaret ignorare quod si vero aliquem ejusmodi cognoverit, fol: 132. non passuram ejus Mtem illum in finibus manere tradi non posse nec debere cum id pactis et foederibus adversaretur, et ideo palatinum ñ debere temere ad Cesarem Turcarum confugere, cum nulla sit hac in parte sibi illata injuria. His absolutis aliud suppes sit negotium. Mortuo Joanne Hungarie Rege Isabella Uxor illius Sigismundi Primi Polonie Regis Filia, per Episcopum Varadinensem Hungarie Thesaurarium, multum detrimenti capiebat, omnes enim reditus et commoda Regni

sibi vendicabat. Ita ut etiam victus prenu-
ria mensa Reginæ laboraret. Quo cognito
Sigismundus Rex secundus, scribit ad Epis-
pum ut officii sui memor esse velit, et sub-
dito digna fide in providentis Reginæ com-
modis uteretur quod si facere negligeret
prospecturum se Reginæ rationibus fore.
Paulo post Legatus a Sigismundo primo
ad Cæsarem Turcarum mittitur, ut Castrum
Wyaczen Nepoti suo reddere juberet, deinde
fol: 139. ut nuncium Isabellæ benigno audiret.

Dum hæc aguntur ecce adfertur triste Nun-
cium Tartaros Podoliam vastare, prædam
abigere, et quævis maxima damna inferre quos
fol: 148. insequi ultro cis, ob fœdus cum Turca initum
non licuerat. Mittitur itaq; Legatus Stani-
slaus Broniewski Cæsari Turcarum Sum-
mam illam injuriam expositurus, ac damna
repetiturus. Quid responsum fuerat ñ
extat.

Eod tempore Legatio ad Franciscum Regem Galliarum per Jakubowski, mittitur ut Isabel. fol. 160.
lam Hungario Reginam per Legatum suum Turcarum Imperatori commendaret causamq; ipsius promoveret.

Paulo autem post, soditiosi motus vri. antur in Germania Imperator contra prinfol. 175.
pes suos Exercitum parat, quod per literas et legationem Sigismundus primus Rex Polonie Cæsari disuadere frustra conatur.

Idem Legatus ad Joachimum Marchionem Brandeburgensem divertitur qui de fol. 178.
dotis obligatione, Filiæ Sigismundi uxoris autem suæ cum principe illo agat.

Et hæ fuerant quæ sub Anno 1546 agebantur.

Anno Domini 1547.

Cum superasset Romanorum Imperator rebelles illos principes suos, et quo etiam per Legatum Sigismundus Primus eidem erat gratulatus. Superstes Landgravius unus

orum qui Imperatori suo resistebant undiq;
arcum septum se se agnoscens ad miseri-
cordiam Imperatoris confugit, una cum Ger-
mania Civitatibus, quorum Christianus Im-
perator misertus est, certis tamen conditi-
onibus impositis, ita, ut Landgravius qui-
dem totam Ditionem, suam, et se ipsum in
potestatem et Jus Cæsareo. Illis dedat Cen-
tum et quinquaginta florenorum millia pro
illatis damnis reponat. Civittes vero Germa-
nia pro expiatione criminis, vigesies centum
millia et undecem millia florenorum numorent.
Saxonia vero Ducii ob illud acetus suffragium
eligendi Cæsaris ademptum fuit. Mauritiq;
concessum.

Authores conspirationis contra Regem
Ferdinandum in Bohemia patefacti, et sup-
plicus affecti forebant.

Interea Elias Wojewoda Valachiæ per
Legatum suum Regi Sigismundo, Cæsarem

Turcarum Arcem Balahlej in finibus Polonie Rñi citruera velle significat ea causa priuem ad se misisse ut districtus quatuor ad illius Castri adificandi custodiam mitteret. Tartaris quoq; iussisse, ut pareti sint vastare propinquq; Terras Podolie adjuncta quoq; erat huic Legationi Juramenti forma quam in fœdere jurando Sigismundus primus observaret.

Cui quidem Legato responsum erat Regiam Mtem amicitiam Wojewoda libenter amplexam ipse pro cautione vero ingentes agere gratias et in fœdus jurare velle, cum primum ipse Wojewoda Juramentum præstitirit Absoluto Legatio mox Sigismundus primus ad Filium dat literas, quibus significat periculum ingens a Turcis Regni finibus impendere, proinde providere illum debere, militem conscribere, et paratum ipse ad propugnanda Rñi pericula prohibendum

Arcem Balatha ottrus quandoquidem pro ae-
cepte in armis verbari non posset.

Interea Legatus a Joachimo Marchione
Brandeburgen ad Sigismundum primum ve-
nit, quid de rationibus Isabellæ Hungariæ
Reginæ tuendis Imperatoriam Mttem et Fer-
dinandum Romanorum Regem si mutuus
Sigismundi Regis consensus et robur acces-
sisset consultare velle ipsi suasu Marchio-
nis esse, nunciavit et proinde Legatum
ad Hungariæ Rnam mittere cui ut aliquis
e Regis Oratoribus adjungeretur, quo pra-
sente Legationis negotia transigerent pe-
tit Ducatum quoq Prussiæ concedi Marchi-
oni postulabat.

Ad eam Legationem eo modo respon-
sum erat Sacram Regiam Mttem Illmi
principis Joachimi Marchionis Brandebur-
gensis studium hoc et curam de Isabella
Regina Hungariæ Filia sua grato animo

susceptisse et mutuis officiis compensaturum
rii. Quod vero de communi societate et viribus
contra Turcam uniendis et Ducatu Prussie
concedendo attinebat de eo absq; Senatorum
consiliis Reginam Mtem nihil constituere
posse eo negotio peracto mox Sigismun-
dus primus ad Isabellam Hungarie Regi-
nam Nuncium destinat, qui cum illo Joa-
chimo Marchionis Legato, profecturus esset,
qui hoc in mandatis datum erat.

Primo Reginam admoneat quo intraden-
dis conditionibus suorum utoretur consilio
ut tales sint que in Rege Romanorum
prestari possint. Deinde cavendum esse ne
prius quam aliquid constituatur aliquid ho-
rum ad Cesarem Turcarum deferatur.

Que autem Legatio a Joanne Marchione
Brandeburgensi erat, precipue ista continebat.
primum significationem benevolentie Brande-
burgen Marchionis erga Reginam Hungarie

cujus dignitatis honoris fortunarum curam singu-
larem habere se testabatur, et apud Cesarem
et Regiam Mtem maxime promovere.

Deinde jussum erat Legato Consiliarios Rnī
orare obte stari quo fidem Catholicam retine-
re tuerig volint. Ad extremum quo sibi Regina
Isabella copiam omnium actionem fœderum
et pactorum quæ inter Regem Ioannem
Cesaream et Regiam Romanorum Mtem
facta sunt dari curet, sibig recta omnia
persuadeat.

Sequunt deinde litteræ Galliarum Regis
ad Sigismundum Primum Poloniæ Regem
quibus conjugati necessitte Regem Iunio-
rem sibi propinquam fieri cupiebat. Cui postea
rescriptum erat. Regem Iuniarem jam contrasse
se matrimonium non tamen ob id de amicitia
aliquid necessisse, imo talem ac se res consequa-
tur perpetuo durare, cum præsertim volun-
tatum firmior sit quam alia necessitudinis

amicitia.

Hæc sunt quæ hoc Tomo continentur.

Ex Tomo Actionum Regiarum Vigesimo quarto. Annum Domini 1548 continente.

Sub finem anni 1547 indictus fuit Conventus Generalis Petricovia pro die 15 Decembris qui usq; in Januario sequentis anni sine ulla rerum conclusione solutus fuit. Celebrabat autem hic conventus propter duos modos defensionis inveniendos.

Primus quo modo vis major hostium propulsari posset.

Alter quo pacto leviores aversiones reprimerentur.

Postulatu Legatorum Equestris Ordinis in Comitiis ati petunt a Mtte Regia ut certa Comitia constituerentur, in quibus Incolæ Ducatus Masovie ad unionem et mutua servitia bellica, juxta consuetudinem fol. 18. aliarum Terrarum adducerentur.

Oratio habita in Comitiis Petricovie

a Pudlawski nomine totius Ordinis Equestris in qua postulabant ut cum Rex ob ingravescentem etatem atq; egritudinem judicia exercere n posset Regnum Regi filio Sigismundo Augusto resignaret. Quod cum Rex facere renuceret abrogata ei fuit per conspirationem Judiciorum exercendorum potestas.

Petitio Ordinum Prussie per Legatos ad Sigismundum primum Regem Polonie in iisdem Comitiis, ut Jura et Privilegia quae a Serenissimis Regibus Polonie concessa majoribus eorum fuerunt sibi integra et inviolata servarentur. fol: 26.

Legatio a Sigismundo primo ad Albertum Ducem Prussie per Joannem Laski Palatinum Siradien. Oratorem tunc ad Cesarem Catholicum euntem.

Primo promittit Majestas Regia Ducj in Prussia defensionem a periculis sibi imminentibus a Cesare in cujus rei negotio

mittit Nuncium suum ad Cæsaream Mtem
Deinde expostulat Mtas Regia cum Duce Prus.
sie quod Decretis illius, quæ ex omnium Ordi.
num consilio facta sunt parere recusarit.
Postremo hortatur ut a cudenda moneta
fol: 30. obstineret.

Responsum ab Alberto Duce in Prussia
gratissimum illi ipsi audisse quod Sacrum
Regiam Mtem cum Inclyto Rni Senatu de
defensione sui Consilium inivorit, in eog ne.
gotio Legatum suum ad Cæsaream Mtem mise.
fol: 32. rit &c. ad reliquam vero partem de non cu.
dendo moneta nihil plane respondit.

Legatio a Sigismundo Primo ad Carolum V.
Imperatorem et Ferdinandum Regem ac
reliquos Germaniæ Principes ad Conventum
Imperii congregatos per Dominum Laski
palatinum Sviadiensem.

In qua primum ostenditur Ordinem
Theutonicum, nullum prorsus Jus in Terras

Prussia habere. Deinde sequitur petitio, ut Imperator prosscriptionis Decretum tanquam futuri belli semen evulsum e memoria hominum et eradicatum ee velit, neq; permittat, ut illius obtentu Terris Prussiæ negotium quisquam exhibeat v. si abrogari non possit, saltim ut suspensum ad aliquot annos esse velit intra quod tempus causa hæc per Judices delegatos cognosci disjudicariq; possit. fol: 39.

Oratio Dñi Laski palatini Siradien. oratoris Regii coram Imperatore et Ferdinando Rege principibusq; Germaniæ in negotiis Prussicis. fol: 49.

Impugnatio Magistri Cruciferorum novitor ab Imperatore creati contra legationem Dñi Laski in qua primum protestatus est Magister quod a prosscriptione adversus Ducem in Prussia et Camera Imperiali lata, recedere nollet. Deinde Terras Prussiæ in medium aliquot privilegiis

fol: 60. ad Imperium pertinere affirmabat.

Adventus Sigismundi Primi Regis Polo-
fol: 21. nia a Comitiis Petricovien sibus Cracoviam.

Afferebant ad Mttem Regiam rumores
quidam, quod Magister Prussia recenter ab
Imperatore creatus Prussiam invadere vellet,
cujus conatus, ut coiberi possint. Regia Mtas
Mariaburgi Conventum indixerat, ubi contri-
fol: 73. butio et expeditio generalis erat decreta.

Legatio a Sigismundo Primo Rege Polo-
nia ad Duces Pomeraniæ.

promovo
noga, bro-
nic prexy
suia
Fol: 76.

Ingua petit Rex ut Magistra hosti
suo per suam ditionem in Terras Prussia
transeundi potestatum non permitterent.

Legatio a Sigismundo Primo ad Christi-
anum Regem Danie in qua petit Mtas
Regia ut si caves aliquæ, suæ in subsidium
Magistro Prussiæ venire vellent contra
Regiam. Mttem poranquastias maris Suidshi
cas cas transire prohiberet.

Has Legationes sequuta est mors Sigismun.
di Primi Regis Poloniæ, qui obiit die Domi.
nico Paschatis mane. fol: 79.

Post obitum Regis Legatio missa fuit
a Consiliariis Regni in Lithuaniam ad Si.
gismundum Secundum Regem Poloniæ quum
obiisset Joannes Przerembski Praepositus Cra.
coviens Secretarius Regni qui nomine Consi.
liariorum petit a Rege ut primo quoq; tem.
pore in Regnum veniret, Corpusq; paternum
ea qua decet reverentia rejiciret etc. fol: 94.

Exceptio per Canonicos Sandomirien Si.
gismundi Secundi Regis Poloniæ Sandomiriæ
et Lithuaniæ Cracoviam ad sepulturam pater.
nam cantis. fol: 105.

Adventus Sigismundi Augusti Regis
Cracoviam qui ab omnibus humanissime erat
exceptus. Orationem nomine totius ordinis
Regni Philippus Padniewski dixit Macie.
jowski vero pro Rege respondit. fol: 109.

Legatio a Sigismundo Augusto Rege ad Isabellam Reginam Hungariæ per Philippum Padniewski Cantorem Cracoviensem in qua cautionem Rei facit Isabellam demorte Sigismundi Regis patris deinde pollicetur ei in minore sibi cura fore, Dignitatem ipsius, quam fuerit

fol. 111. Patri.

Carolus quintus qui tum celebrabat comitia Imperii Augustæ. Audita morte Sigismundi primi Regis Poloniæ solennes ac magno apparatu exequias funebres eidem peragere

fol. 112. jussit.

Stanislaus Ostrorog Nuncius Reginæ Bonæ ad Carolum V qui gratias egit nomine Reginæ suæ Imperatoriæ Matti et Ferdinando Regi cæterisq; principibus Imperii. Quod cognita morte Serenissimi Sigismundi Regis Poloniæ, magno apparatu funebres exequias defuncto Ejus Matti peragi jusserint. Deinde rogavit, ut ipsam in hac tristitia et viduitate

constitutum, amore et benevolentia Fraterna
compleeti velit. fol: 120.

Ordinatio funebris pompæ in sepultura
Sigismundi primi Regis Poloniæ. fol: 127.

Sequunt Orationes Funebres
Samuelis Maciejowski Episcopi Cracovię
Stanislai Orichovii Ruthoni
Martini Cromeri 169 et 209.

310.

Transumptum e Codice m.S. Bibliotecæ
Ossoliniana N. CLXIX fo. pro Bibliotecæ
Odnoviana Illus: Alexandri Bałowski
Odnovio die 4ta. Martii 1845. per me

Joan. Mscii Tyminski
amanuensem

BIBLIOTEKA
FUNDACYI
HR. BAWOROWSKIEGO

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.